





*[Faint, illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]*



1.  
1.  
2.  
3.  
1.  
1.  
2.  
3.  
4.  
1.

1706.

1. <sup>1. & 6. 2.</sup> Engelbrecht, Georgius: De servitiis vasallorum  
militaribus. . . . 3 Exempl. 1706, 1736 & 1751.
2. Homburgius, Andreas: Semisententia thesaurum  
theorico-practicarum juris feudalis controversiarum.
3. Werthapfius, Johannes: Titulus publici enucleati  
caput I: De juris publici prudentia et caput II.  
De origine Imperii Germanici.

1707.

1. Eizenhart, Johannes: De retractu territoriali
2. <sup>2. & 6. 2.</sup> Engelbrecht, Georgius: De jure salinarum. . . .
3. <sup>3. & 6. 2.</sup> Engelbrecht, Georgius: De instrumentis indiscretis  
2 Exempl. 1707 & 1750
4. Werthapfius, Johannes: De instrumento assicuracionis  
vulgo polizza . . . . Dec 1736

1708.

ht

1708.

Willeburgius, Christophorus Totius : Programma.

De autoritate librorum symbolicorum et iura-  
mento in eos praestato, disputationibus in  
articulis Augustanae confessionis publicae  
habendis praemissum.

nd.  
194  
n  
)



1711  
Königliche Bibliothek zu Berlin  
In dem Jahre 1711  
wurde die Bibliothek  
des Königs von Preussen  
gegründet  
durch den  
Königlichen Befehl  
des Königs Friedrich  
I. von Preussen  
den 17ten  
März 1711





1706, 1<sup>a</sup> 5 10  
M 1  
1/1  
DISSERTATIO JURIS FEUDALIS  
DE

SERVITIIS VA-  
SALLORVM MILI-  
TARIBVS  
VVLGO

Ritter = Diensten / Ritter = Pferden /

QVAM

AVSPICIIS DIVINIS (10)

PRÆSIDE

GEORGIO ENGELBRECHT  
IVRIVM DOCTORANDO EORVMQVE VT  
ET MORALIVM IN HAC ILLVSTRI IVLIA  
PROFESSORE PVBLICO ET

ORDINARIO

DN. FAVTORE ET PRÆCEPTORE ÆTATEM  
COLENDO

A. D. IV. SEPTEMB. A. cIs IcccVI.

IN IULEO MAIORI

PVBLICÆ ERUDITORVM DISQUISITIONI  
SUBMITTET

RVDOLPHVS AVGVSTVS BLVME

BRVNSVICENSIS.

A. & R.

HELMESTADI

TYPIS GEORG-VVOLFGANGI HAMMI, ACAD. TYPOGR.

DISSERTATIO MRS. THEOLOGICA

DE

SERVITIIS VA-

SALLORVM MILIT-

TARIIS

AVT

AVT

AVT

AVT

AVT

AVT

AVT

AVT

AVT

AVT

AVT

AVT

AVT

AVT

AVT

AVT

AVT

AVT



Q. D. B. V.

CAP. I.

DE

FUNDAMENTO NATURA ET ORIGINE  
SERVITIORVM FEUDALIVM TVM  
IN GENERE TVM IN SPECIE  
MILITARIVM.

Breviarium.

- |  |   |
|--|---|
| §. 1. Servitorum Feudalium obligatio in genere habet suum fundamentum tum in Legibus gratitudinis, tum pactis atque conventis. | §. 4. Erymon, Synonymia & Homonymia vocum evolvitur.  |
| §. 2. Varia sunt ejusmodi servitorum genera, quae tamen ad militaria, & non militaria revocari possunt.                        | §. 5. Descriptio servitorum militarium, & divisiones traduntur.   |
| §. 3. Recensentur nonnulla servitorum non militarium species.  | §. 6. Origo servitorum militarium indagatur, & uti feudorum, ita quoque servitorum militarium Germanis adscribitur. |
|  | §. 7. Servitia militaria de natura feudi esse, ostenditur.  |



I.  
Uo efficaciora ad devinciendas mortalium mentes sunt beneficia; eo majori animi contentione ad referendam gratiam nos incumbere vult ipsa ratio naturalis.

A 2

Venu-

Venuste Cicero II. Officior. I. *Nullum*, inquit, *officium referenda gratia magis necessarium. Quod si ea quae acceperis utenda majore mensura, si modo possis, jubet reddere Hesiodus, quidnam beneficio provocati facere debemus? annon imitari agros fertiles qui multo plus afferunt quam acceperunt?* Sane absque hoc gratitudinis nexu contra rationem ageret, si quis sua temere jactaret, & quod perituum prospicit beneficium, apud alium poneret. Qua ratione omnis tolleretur inter homines beneficentia, & fiducia, neque esset inter eos quicquam gratuitaë opis, neque ullus gratiaë conciliandæ fomes. Aristotel. I. *Nicom.* IX. Hobbes *de Civitate cap. III. §. 8.* L. Baro de Pufendorf *de I. N. & G. L. III. cap. III. §. 16.* & Bœclerus *de actione ingrati in init.* Cum igitur ad referendam gratiam quandam subesse obligationem vel exinde facile appareat; tum verò ea multo validior redditur, si pacta conventaque eidem accesserint. V. Grotius *de I. B. & P. L. II. Cap. XI. §. 1.* Pufendorf *c. L. III. C. IV. §. 2. & seqq.* Atque his fundamentis nobilissimum servitorum feudaliū argumentum innititur, cum ad has operas ipsos vasallos non solum gratitudinis leges; sed & plerumque patrum conventorumque tabulæ adstringere soleant. Ut adeo à Longobardicis, Svecicis, & Saxonis feudorum consuetudinibus huic obligationi servitorum non immerito majus adhuc robur, atque firmamentum accesserit.

## II.

Indicatis principiis, unde obligatio servitorum feudaliū derivanda, de variis eorundem generibus quæ-

quædam prælibanda erunt. Ubi tamen omnes illas  
 servitorum species præcis Francorum populis usitatas  
 excutere nimis longum foret. Recensuit eam rem  
 omnem satis præclare, & ex antiquioribus monumen-  
 tis insigni diligentia illustravit Carol. Du Fresne in *Glos-  
 sario Med. & Infim. Latinit. voc. Servitium & Servien-  
 tis*. Multo minus de servitiis illis vel ludicris & inso-  
 litis, quæ alias à Doctoribus referri solent, ut vasalli  
 v. g. certo die cantilenam cantent, alaudam offerant,  
 ranam viridem portent, ranis silentium imponant, vel  
 illicitis etiam, erit hic agendi locus. vid. Linnaeus *Tom.  
 I. Add. L. IV. p. 602*. Dietherrus *ad Besold. Thesaur.  
 Pract. voc. Lehndienst. add. Camill. Borell. Conf. I. n. 158.*  
 & Choppinus *ad LL. Andegavens. cap. XXXI. n. 8.* ubi  
 & turpis illius pacti *juris Connagii seu laxande coxe* vul-  
 go dicti, quo Canonicis & Comitibus Lugdunensibus  
 quondam licentia dabatur, pro recognitione feudorum  
 prima nocte concumbendi cum vasallorum sponsis,  
 mentionem injiciunt. Illud saltem annotasse juverit,  
 quod, quæcunque fuerint operarum vasalliticarum  
 olim hodieque usitata genera, ad hæc duo summa ca-  
 pita revocari possint, ut aliæ non militares, seu pagani-  
 cæ dicantur, aliæ militares. V. Dn. Strykii *Diff. de Im-  
 mun. à Servitiis Feudal. c. 1. §. 7. & E. I. F. c. XVIII.  
 qv. 9.* Eoque reducenda communis servitorum feu-  
 dalium divisio tripartita in honoraria, judiciaria, mili-  
 taria, de qua Frid. à Sande *in Comm. in Geldr. Consuet.  
 Feudal. tr. II. tit. 1. c. 11. n. 13.* Horum enim priora  
 duo subdividunt servitorum paganorum genus. V.  
 Jo. Schilterus. *Comment. ad Cap. VI. Cod. Jur. Aleman.  
 Feud.*

*Feud. §. f. Italis Jctis cujusvis generis servitia feudalia à potiori specie Cavalcata nomine insigniuntur. De qua Anton. Borrius Jctus Taurinensis tractatum composuit, & cavalcatam describit: adjutorium, quod vasallus debet, & præstat ratione feudi.*

## III.

Servitiis igitur paganis seu non militaribus adscribi debere omnes illas operas, quæ Domino requiruntur vel honoris causa, vel in judicio præstantur, ex dictis facile elucescit. Struv. S. J. F. C. XI. §. 7. n. 1. Ad honorem Domini cum primis facere videtur splendidus & eximius apparatus, quem tempus & occasio forsan efflagitant in conventu Principum aliorumque magnorum Procerum, solennitate nuptiarum, funerum, vel alia quadam singulari festivitate. Muller. *Prax. For. March. Resol. LXXII. n. 21.* Huc pertinere videntur augusta illa in Imperio Romano Germanico officia, quæ secundum Aureæ Bullæ sanctionem c. XXVII. Electores in solennibus Imperii curiis sive conventibus, cum de eligendo atque coronando Romanorum Imperatore agitur, obire consueverunt. Germ. Die Erb-Ämpter / atque plura alia officia imperialia quæ feudali titulo ab Imp. procedunt. Et licet inter officia Imperialia & Episcopalia illa, quæ Electores Episcopo Bambergensi ratione feudorum, quæ ab ipso possident, per suos subofficiarios præstant, Germ. Die Ober-Ämpter / magnam differentiam agnoscamus. V. Gewold *de Septemvir. c. X. Limn. ad Capit. Carol. V. p. 123.* Schweder. *Introd. in J. P. part. spec. Sect. 1. §. 2.* & in *Diss. de Dinumeramentis & reversionibus feudi vulg.*

80 *Lehn. Reversen* §. 15. Qualiscunque etiam per aliquot secula eruditorum animis infederit error, de quo *Cyriac. Spangenberg. in Chron. Saxon. c. CLXI.* *Caspar Peucer. Chron. XIV.* *Caspar Brutschius Tract. de Episcopis Germ. in Catal. Episcopor. Bamberg. p. 236.* Attamen hæc ipsa ad servitia non militaria haud immerito referri poterunt. *V. Itterus. de Feud. Imper. c. III. §. 21. & seqq. C. VIII. §. 34. & C. XX. §. 2.* Idem erit dicendum de servitio *strepæ*, vel *strevæ*, uti vocatur, de quo *in Cod. Jur. Alem. Feud.* à Schiltero è MSCtis plurimis emaculato *c. VI.* in fine legimus : *Er sol in ouch den Stegereyff haben / so er uff wyl siben. Et in Jure Alemann Provinc. Der Käyser sol dem Pabst den Steg-Reyff haben / das sich der Sattel icht entwinde.* Inde *Fridericus I. Imper. Hadriano IV. P. P. in castra venienti festinus occurrit*, teste *Helmoldo. Chron: Sclavorum L. I. C. LXXV. p. m. edit. Cl. Bangerti 178. 179.* *& descendentem de equo tenuit strepam: Querenti mox: quod cum dextram deberet tenere strepam, tenuerit sinistram*, humiliter respondit: *Dicite ei, quia defectus hic non fuit devotionis sed scientia.* Non enim tenendis strepis magnopere studium dedi. Enimvero ipse ut memini primus est, cui tale obsequium dependi. Nec tum vero quiescente Papa Rex aliquantisper motus: *Vellem, inquit, melius instrui, unde mos iste inoleverit ex benevolentia, an ex debito? Si ex benevolentia nil causari habet Dominus Papa, si vacillaverit obsequium, quod de arbitrio non de jure subsistit. Quod si dicis quia ex debito prima Institutionis hæc reverentia debetur Principi Apostolorum, quid interest inter dextram strepam & sinistram*

*fram* &c. Et quamvis post multam disputationem, redeuntem postmodum Papam Rex suscipiens officio suo sit defunctus, ut ex Actis Baronius, ad A. 1155. ostendere conatur; rectissime tamen hic notat Schilterus id quod ex civilitate præstitum fuit ministerium, ad juris feudalis vinculum à curia Romana pertractum esse. in *Comment. ad C. VI. Cod. Jur. Feud. Alemann. §. 5.* add. Idem ad C. IX. ubi de servitiis judicialibus eleganter agit. Enim vero cum mihi in præsentiarum animus non sit, de servitiis feudilibus in genere disquirere, sed servitia militaria, tanquam insigniorem quarumvis operarum vasalliticarum speciem, materiam utilitate fecundissimam, & hoc nostro seculo mirificè controversam, & plenam dissensionis dissertatione academica pro ingenii viribus excutere; ad illius uberio-rem tractationem me accingo.

## IV.

Priusquam vero ipsam rem aggrediar, fastidiente licet seculi novitate ea omnia, quæ vulgarem methodum sapere videntur; haud abs re erit genuinam verborum, quibus inscriptio constat, significationem paucis indigitare. *Servitia* igitur appellationis originem trahere à *servire*, facile liquet. Hæc vox autem est à *servis*, qui ex eo appellati sunt quod imperatores captivos vendere, atque hac ratione servare, nec occidere solebant. §. 3. *J. de Jur. Pers. l. 4. ff. de Stat. Hom. Laurent. Pignorius cultissimo commentario de servis & eorum apud veteres Ministeriis p. m. 1. & 2.* Vocabulum autem *vasalli* innumeris originum derivationibus Jctorum & Criticorum insigne est. Finckelth. d. 1. *contr. 1.*



*contr. 1. Anton. Matth. Tr. de Crimin. L. 48. t. 2. c. 1. n. 10.*  
 Inter omnes vero si tam Logicam, quam Grammaticam  
 respiciamus denominationis rationem, maxime arri-  
 det Johannis Loccenii explicatio *Lexico feudal.* voce in-  
*vestitura* vasallum à veteri Gothico *Wâtel* i. e. obnoxio  
 derivantis. *Conf. Struv. in S. I. F. c. V. aphor. 12. Dn. Hert. de*  
*feudo nobili Sect. III. §. 4. it. Hachenbergii Germania media*  
*dissertat IX. de re feudali veterum Germanorum §. 3.* Quam  
 tamen neque dilaudare, neque cuiquam temere obtrude-  
 re animus est. Quod ad Synonyma vocum *servitiorum*  
 & *vasallorum* attinet, quælibet earum suis haud desti-  
 tuitur. Ita *servitia* etiam vocantur ministeria, operæ,  
 servimina. Du Fresne in *Glossar.* his *voc.* Et ip'a servi-  
 tia militaria expeditiones, equitatus, cavalcata, hostes,  
 hostenditiæ. v. Freher. ad *Const. Carol. III. voc. pro sti-*  
*pendio.* Dn. Coccejus. *de Adoha c. 1. §. 3. & iterum Du*  
*Fresne. Vasalli* autem medio ævo quoque nominan-  
 tur vassi, vasallitii, bassalli. Idem laud. *Glossario voc.*  
 Vassi, vasalli. Atque in libris Feudorum sæpius mili-  
 tes. Ant. Borrinius *de Cavalcata Subditor. c. 1. p. 2. fol. 2.*  
 Germanis vocantur *Männer / getrene Männer / Lehn-*  
*Männer / Lehn-Leute /* v. Freherus ad P. *de Andlo L.*  
*II c. 12. in fin.* Thummermuth *Tr. Krumbstob schleust*  
*niemand aus. p. 39. add. Dn. ab Eiben. Elef. jur.*  
*feud. c. IX. §. 4.* Et ab historiæ patriæ scriptoribus  
 etiam leudes vel leodes v. Lehmanni *Chron. Spir. L. II.*  
*c. 43. G. J. Voffius de Vit. Serm. Latin. c. II. Dn. Schurtz-*  
*fleisch. de Domin. Burgund. c. 5. §. 2. n. 6. in Not.* De-  
 mum ut & homonymiam vocum paucis attingam, su-  
 mitur vocabulum *servitiorum* aliquando in sensu pro-  
 prio pro operis servorum Romanorum, uti in Legibus

Romanis v. iterum Laurent. Pignorius *cit. tr. de servo. eorumque ap. vet. minister. p. m. 1. 2. § 22.* Aliquando pro operis seu ministerio hominum ingenuorum, & liberorum. Quo sensu & hic loci usurpatur. Sunt enim & manent liberæ personæ vasalli, adeoque proprie non serviunt, sed Domino suo ministerium præstant, qui & ipse alio, quam Romano sensu ita appellatur ratione scilicet rei in feudum concessæ, de cujus proprietate participat, & personarum sibi ministrantium, suæque jurisdictioni subiectarum. v. Andr. Kohl. *de Servit. Feudal. proœm. n. 5. & 6.* Add. Dn. ab Eiben *in Elect. Feudal. c. XI. §. 33. § ff.* ubi ne quidem a vassalagio ad subjectionem ullo modo inferri posse demonstrat. Isque posterior significatus in medio ævo frequentissimus fuit. Ita *servitium* regulariter accipi pro quolibet obsequio, quod à vasallis, & tenentibus debetur ratione foedi & tenuræ e monumentis fide dignis evincit iterum Du Fresne *in Glossar. h. voc. add. Idem voc. militare, & vassi, ubi & vocabuli militaribus & vassalorum* alias adhuc notiones signat. add. Anton. Dadin. *Altaferra de Origin. & Statu feudor. c. IX. p. m. 36.* qui *servitium* pro feudo ipso acceptum esse, ex Adano Bremensi, & Helmoldo ostendit.

## V.

Describimus *servitia* militaria, quod sint operæ militares quas vasallus propter feudum sibi concessum domino in utilitatem ipsius præstare tenetur. Supervacuum esse arbitramur operosam hujus descriptionis interpretationem, cum in progressu conclusiones inde profuentes clarissimam lucem ipsi sint affusuræ.

suræ. Videri tamen poterunt, quæ ad descriptionem servitorum in genere hic notavit Andr. Kohl. *de Servit. Feud. procem. n. 12. § ff.* Dividi vero possunt in determinata, & indeterminata *c. un. in fin. Ex quib. caus. feud. amitt. II. Feud. 23. add. text. II. Feud. 51. § 102. in init.* Eaque res ex litteris investituræ dijudicanda. Cum enim secundum feudi naturam servitia non sint determinata *d. c. 1. in fin. II. Feud. 23.* imo hic potius inspiciendæ circumstantiæ personarum, feudorum, & regionum. V. Schrader & ab hoc allegati *Tr. Feud. p. 6. c. 6. n. 5.* Rosenthal *de Feud. c. VIII. concl. 4. n. 3.* Knichen, *de vestit. paction. p. II. c. V. n. 27.* & alicubi schedulæ lustratorix & metatorix *Muster/ oder fourrier-Zettel. Knichen. cit. loc. n. 31. § ff. Gothofr. Antonius. Diss. Feud. VII. §. 2. lit. f. in Not.* tum vero sæpius in investituris servitia definiuntur, ut v. g. vasalli uno, duobus, tribus, vel pluribus equis præsto sint; *Dasß sie das Lehne mit einen/ zwey/ oder drey Ritter-Pferde bedienen.* Jacobin, *de St. Georgio verb. § promiserunt n. 28.* Heigius *p. I. qu. XVIII. n. 12. 14.* vel etiam si feuda sint oppido exigua, ut ratione duorum, vel plurium feudorum, unus alatur & mittatur cum milite equus *dasß das Lehne ein halb Ritter-Pferd/ oder weniger halte;* vel ut semel duntaxat in anno, vel in patria demum, vel vicina regione Domino militare teneatur. Kohl. *cit. Tr. p. 4. n. 95.* Struv. *S. J. F. c. XI. aphor. 5.* Unde etiam in pluribus Germaniæ locis usu invaluit, ut vel in litteris investituræ nominatim exprimatur, vel etiam in catalogo feudorum in *den*

Lehn-registaturen, designetur, welcher massen der schuldige Rosdienst zu leisten / ob mit einen halben / ganzen / zweyen / oder mehr Pferden von Lehn zu dienen / observante Kohlio p. 4. n. 55. (II) Dispersere solent servitia in genere in dividua, & individua. Hartm. Pistor. L. II. qv. 47. n. 18. Schrader. p. VI. c. VI. n. 23. Rosenthal. c. VIII. concl. 6. n. 5. Enimvero cum servitia militaria in faciendo consistant Molinæus ad Consuet. Paris. tit. 1. §. 2. gloss. 4. n. 40. ea que regulariter sint individua, l. 72. ff. de V. O. B. Dn. Consil. Engelbrecht Comp. Jurispr. tit. de V. O. §. 2. distinctio hæc non ita facile iisdem applicari poterit.

## VI.

Originem servitorum militarium investigaturus neque prisca Francorum neque aliarum gentium moribus novum, vel insolitum fuisse deprehendo, ut vassalli Domino operam militarem præstarent. Sic Henricus. I. Imp. agros infestis grassatoribus beneficii nomine dedit, ea conditione, ut imperii fines a barbaris tuerentur vid. Witichindus L. II. Sigebert. ad A. C. 927. Belle hanc militandi necessitatem, quæ ex lege feudi vassallis incumberebat, descripsit Guntherus in Ligurino L. VIII. vers 608. ff. p. m. edit. Rittershusii 1) 5. quem hic audire juverit:

*Publica militiæ vassallus munera justæ*

*Non renuat, dominique libens in castra vocatus*

*Aut eat, aut alium pro se submittat iturum*

*Arbitrio domini, vel quem laudaverit ille*

*Compenset, redimatque sua mercede laborem.*

Ea lege Philippus Pulcher Rex Galliarum Richardo

do

do Anglorum Regi imperasse legitur, ut se in Palæstinam euntem comitaretur. Locus est apud Rigordum ad A. 1188. *Rex Francorum Regem Angliæ quasi hominem suum commonuit, ut sicut iuraverat, mare cum eo transiret.* Eadem ratione à Philippo Augusto ad militiam in Anglos evocati omnes Duces, Comites, & milites Galliarum, qui feuda tenebant. Matthæus Paris ad A. C. 1213. *Tunc Rex Francorum rem diu desideratam intelligens accinxit se ad pugnam, atque omnes suæ ditionis homines Duces videlicet, Comites, & Barones milites, & ser-vientes cum equis & armis iussit in octavis Paschæ sub nomine Culvertagii apud Rotomagum ita potentes convenire, ne crimine læsæ majestatis damnum exberedationis incur-rere viderentur, vulgariter sub nomine felonis.* add. Statutum Henrici II. Regis Anglorum ap. Hoveden. p. 614. quod ita habet: *Quicumque habet feodum unius militis, habeat loriam, & cassidem, & clypeum, & lanceam, & omnis miles habeat tot loricas, & cassides, & clypeos, & lanceas, quot habuerit feuda militum in Domino suo.* conf. Anton. Dadin. *Altaferra de Origin. & Stat. feudo-r. c. IX. p. m. edit. Schilterianæ 35. & ff. Tametsi* igitur quo primum auctore, servitia militaria in-juncta fuerint, haud ita facile definitu est; cum tamen feuda à bellicosis gentibus militiæ causa potissimum sint in-troducta, indeque non solum militaria instituta recte appellentur, sed & ipsi vasalli, uti antea observavimus, militum vocabulo Germ. *Männer / Ritter /* passim insigniantur; hinc eadem esse servitorum militarium, ac feudorum primordia, haud difficulter colligitur. *v. Text. l. Feud. l. §. Notandum est autem. l. Feud. §.*

*pr. II. Feud. 12. II. Feud. § 2. § 3. § 4. § 55. §. firmiter  
 conf. Hachenbergii Germ. Med. Diff. IX. §. 1. Dn. ab  
 Eiben Elect. jur. Feud. c. II. §. 5. De origine autem  
 feudorum non una est eruditorum sententia aliis ex  
 ipsa S. Scriptura, aliis à Romanis, aliis à Longobardis,  
 aliis à Francis eadem derivantibus. v. iterum Altafer-  
 ra laud. tr. c. 1. Struv. S. J. F. C. I. Aphor. III. n. 8. in  
 Exeges. Enimvero quoniam in exquirendis rerum  
 originibus non tam ad illa quæ cum aliis negotiis affi-  
 nitatem habent, quam quæ eidem essentialia, & pro-  
 pria sint, respiciendum; non facile adduci potero,  
 ut vel à prima Monarchia cum Niellio *Disput. Feud. I.  
 thes. I. vel à Romanorum clientelis cum Zasio Epitom.  
 Feud. p. 1. n. 1. feudorum originem repetam. conf.  
 Carol. Molinaeus in Consuet. Paris. tit. 1. n. 3. Ritters-  
 hus. partit. Feud. L. I. c. 1. n. 5. Eric. Mauritius Posit.  
 jur. feud. Controv. Dec. 1. n. 4. Longobardorum vero  
 & Francorum gentem quod attinet, utraque Germa-  
 nica fuit. De Longobardis explosis miris illis  
 Pauli Diaconi L. I. De Gest. Longob. c. 2. & Ottonis  
 Frisingensis L. II. de Gest. Friderici c. 13. narratis fabulis  
 egregie hocoftenderunt Ph. Cluverus German. Antiq.  
 L. III. c. 26. Erycus Puteanus Historiæ Insubr. L. II.  
 c. 3. n. 7. in not. Quoad Francos, vero cum multi non  
 Teutonicæ sed Gallicæ propaginis hanc gentem esse  
 contenderint, solidissime id iterum ad gloriam & splen-  
 dorem gentis nostræ demonstratum à Ph. Cluverio  
 Germ. Antiq. L. III. c. 20. & Reinero Reineccio de O-  
 rigine Francorum haud dissentientibus etiam doctissi-  
 mis Gallorum Jsaaco Pontano, Nicolao Vignierio, &  
 præci-**

præcipue Hadriano Valesio in egregia *præfatione ad Gestâ veterum Francorum*. conf. Kulpis *ad Monzamban. C. l. §. 3. & 4.* Ut adeo à quocunque horum populorum feuda deduxeris, eorum & simul servitiorum militarium originem ad Germanos referri debere, sit in confesso. v. H. Grotius *de J. B. & P. L. I. C. III. §. 23.* ibique Tesmarus. Inter hos tamen ipsos prima feudorum mentio est in historia Francorum. Vide Aimoinum *L. I. De Rebus Gestis Francor. c. 14.* de Clodovæo testantem, quod Milidanum castrum Aureliano cum totius ducatu regionis jure beneficii concesserit. add. Gregorius Turonensis *Histor. L. III. c. 21. & L. IV. c. 39.* Fredegarius. *C. 87.* Ubi eleganter refert: *jussu Sigeberti omnes Leudes Austrasiorum i. e. vasallos, in exercitum gradiendum bannitos esse.* It. Marculfus Monachus, qui sub Clodovæo II. vixit, & fere septuagenarius circa A. Christi DCLX. formulas collegit, quemadmodum eas, uti ipse in proœmio testatur, apud majores suos juxta consuetudinem loci didicerat *L. I. form. 2.* ibique Hieronymus Bignonius *in Not.* Et ex his ipsis hanc rem iterum præclare repetens Antonius Dadinus Alcaferra sæpius laud. *Tr. de Origin. & Stat. Feud. C. 1.*

## VII.

Et hæc quidem de origine servitiorum militarium delibasse sufficiant. Quamvis autem eadem feudorum ac feudorum primordia notata fuerint; neque tamen operas has militares de forma, vel substantia feudi esse, existimandum. Equidem haud ignoro, esse nonnullos Interpretes, qui in concessione

cessione feudali reservationem servitiorum adeo necessariam esse opinentur, ut nec valeat conventio quæ vasallum à servitiis liberet. Alex. Conf. XXIV. n. 11. Vol. V. Dec. Conf. 414. n. 5. Menoch. Conf. 1. n. 30. & ff. Mozz. de Substant. Feud. n. 22. Aliique plures conducti à Kohlio de Serv. Feud. p. IV. n. 89. & Vultejo de Feud. L. I. C. VI. n. 13. Cui etiam sententiæ quoad generalia illa servitia, seu potius officia, quæ fidei obligatione continentur, merito subscribendum. Dn. ab Eiben. in Elect. Feud. c. XI. §. 11. & Dn. Jo. Samuel Stryk. in Additam. ad Gothofred. Antonii Jus Feudal. Disp. VII. aphor. 2. lit. c. in Not. Interim cum pacto fieri possit ut vel servitia plane nulla præstentur, c. un. Perquos fiat investit. II. Feud. 3. cap. extraord. cas. quib. fœm. in feud. succed. II. Feud. 104. uti in feudis francis Germ. Denen Frey Lehen Ludwel. in Tr. feud. p. 106. Struv. S. J. F. C. IV. aphor. 9. vel quædam sint remissa, uti in feudis à servitiis equestribus immunibus, denen Sattel freyen Gütern/ vel denique vasalli ad certa quædam determinata solum sint adstricti, uti in conditionatis denen Sess-Lehen / censualibus, quaternatis Tafel-Lehen/ guardiæ, quastaldiæ, advocatiæ &c. de quibus Dn. Stryk. E. J. F. C. IV. qu. 31. 32. & ff. servitia militaria non de substantia, sed natura feudi esse, facile constat. Atque sic intelligendum c. un. de vasall. milit. qui arm. bellic. dep. II. Feud. 21. add. Schrad. p. II. c. 2. n. 32. & p. VI. c. 6. n. 37. Rosenthal. c. II. concl. 59. in fin. Heig. p. I. qu. 18. n. 12. Gothofr. Anton. Disp. Feud. VII. aphor. 2. Quam sententiam ergo non immerito communioem & receptissimam esse pronuncia- vit ingens DD. cumulus, congestus à Kohlio cit. p. IV. n. 90.



n. 90. Unde illud quoque sequitur, quod in concessione feudorum nulla facta servitiorum mentione servitia tamen præstanda sint. *I. Feud. 5. 21. II. Feud. 12. 23. inf. II. Feud. 55. §. Firmiter II. Feud. 21. II. Feud. 26. §. Beneficium.* Siquidem res, si aliud actum non fuerit, ita in feudum data censetur, uti ordinaria feudi natura requirit. vid. *Schneiderwin. Epit. in Usus Feud. p. V. n. 91. Rosenthal. C. II. concl. 55. & C. VIII. concl. 4. Wurmser. de Feud. Impropr. C. III. Sect. IX. n. 8.*

## CAPVT. II.

## DE

## PERSONIS QUIBUS SERVITIA MILITARIA PRÆSTANDA, QUÆ AD EADEM TENEANTUR, ET CONTRA QUAS SERVIENDUM.

## Breviarium.

- |   |  |
|---|--|
| <p>§. 1. In tradendis personis quibus servitia militaria præstanda, &amp; quæ ad eadem teneantur, ad finem feudorum respiciendum esse.</p> <p>§. 2. Domino feudi servitia militaria deberi in bello tum defensivo, tum offensivo, dummodo haud notorie injusto, adjecto examine textus feudalis II. Feud. 28. secundum principia Juris Naturalis, ac Divini.</p> <p>§. 3. Sive sit unus dominus feudi, sive</p> | <p>plures, quod sub distinctione declaratur.</p> <p>§. 4. Explicatur c. Imperialem §. Præterea II. Feud. 55.</p> <p>§. 5. Excutitur questio: an servitia militaria ei etiam præstanda, qui dominio solummodo revocabili utitur? vel alternis vicibus feudum tenet Germ. Muto Schierend, item tutori, curatori, vel domini feudi pupilli vel minoris?</p> |
|---|--|

C

§. 6. An

- §. 6. An domino feudi vasallo dignitate vel potentia inferiori ?
- §. 7. An femina? ubi quoad Illustres res illuminatur conspicuo exemplo Ducis de Marlborough cum suis posteris in memoriam splendidissima victoria ad Hochstadium Celsissima Regina Anglia ANNÆ d. XVIII. Aug. cuiusvis anni certum servitiorem genus præstantis.
- §. 8. An personis moralibus, universitatibus, civitatibus, ecclesiis? it. capitulo sede vacante vel impedita?
- §. 9. Disquiritur in genere de personis ad servitia militaria obstrictis, vasallo scilicet tum uno, tum pluribus.
- §. 10. De vasallo feudum alienante, emtore, creditore, emphyteuta, misso ex causa damni infecti, vidua cui dotulium constitutum, fructuario, colono.
- §. 11. De vasallo agrato, pupillo, clerico, femina.
- §. 12. De subvasallis & feudis Franconia qua Reithelhen vocantur.
- §. 13. De personis moralibus universitatibus, civitatibus, ecclesiis.
- §. 14. De ministerialibus, qui in chartis & diplomatibus vasallis quidem sæpius junguntur, ab iisdem tamen differunt.
- §. 15. De Principibus & Statibus Imperii an ratione feudorum Imperii Cesari atque Imperio operas militares prestare teneantur, & quid de apanagiatis dicendum?
- §. 16. De personis contra quas serviendum cum in genere, tum in specie in nostro Imperio Romano-Germanico.

## I.

**D**E personis quibus servitia militaria præstanda, & quæ ad eadem teneantur disquisitionis ad primarium feudi finem potissimum respiciendum esse duco. Hic vero alius conspicitur in persona domini, alius in persona vasalli. In persona domini est, ut retenta rei feudalis proprietate seu dominio directo vasallum ad fidem habeat obstrictum II. Feud. 23. & 8. II. Feud. 3. in fin. 6. 7. In persona

sona vasalli ut beneficio fruatur *II. Feud. 8. 13. in fin. 45. 55.* ac dominum ad mutuam quodammodo fidelitatem obligatum teneat. *II. Feud. 6.* Consistit autem illa obligatio fidei, ad quam vasallus domino est devinctus, in genere in exhibenda domino reverentia, promovenda ejus incolumitate ac commodo, ac avertendo imminente forsan damno; in specie vero in servitiis eidem præstandis secundum regularem feudi naturam. *Struv. S. J. F. c. XI. aphor. 3 & 4.*

## II.

Domino igitur feudi servitia militaria præstanda *II. Feud. 23. in fin.* non solum si ipsi bellum inferatur; verum etiam si ipse inferat alteri, *II. Feud. 7. vers. & si contigerit.* Utrum vero bellum sit justum nec ne, judicium est solius Principis, non vasallorum; adeo, ut in re dubia domino feudi merito parendum. Capitalis ea de re textus est *II. Feud. 28. ibi: Domino guer-ram faciente alicui si sciatur quod juste, aut cum dubitatur, vasallus cum adjuvare tenetur,* add. *Schrader p. VI. n. 26. Rosenthal c. VIII. concl. 20. n. 6.* Imo illustrent hanc rem etiam egregie, quæ quoad subditos ex jure naturali disputant *L. B. de Pufendorf de O. H. & C. L. II. c. 12. §. 9. & de J. N. & G. L. VIII. c. 1. §. 6. & 8.* atque *Hobbes de Civ. C. XII. §. 2.* Quod si autem notorie bellum est injustum, vasallus minime tenetur. Et licet *d. c. II. Feud. 28. vers. Sed cum palam est.* inter bellum notorie injustum offensivum, & defensivum distinguenti communis fere Interpretum turba subscribat; v. *Franciscus Curtius Tr. Feud. p. IV. n. 6. Vdalricus Zasius p. VII. n. 39. Franciscus Sonsbec.*

p. *XI. n. 26.* Schrader p. *VI. c. 6. n. 26.* Rosenthal c. *VIII. concl. 20. n. 6.* nullum tamen piaculum erit hic fateri, Obertum de Orto & Gerhardum Nigrum humani aliquid passos esse, vel compilatorem consuetudinum feudaliū illorum mentem haud recte percepisse, nec vasallum in bello palam injusto debere, nec posse etiam auxilium ferre domino, ne quidem ad defensionem. Nisi forsan salus totius rei publicæ periclitetur, vel modus in offendendo ab altera parte excedatur, vel denique ipsi vasallo gravissimum damnum inde metuendum. V. Grotius de *J. B. & P. L. II. C. XXVI. §. 6.* ibique Obrecht. Quod si enim subditi, qui tamen naturali vinculo ad defensionem principis sui operis & opibus suis obligati sunt, in bello notorie injusto auctoramentum belli non debent subire, uti ex jure naturali ac divino iterum derivat Grotius cit. *Cap. XXVI. §. 3.* multo minus vasalli. Si quidem neque fides ad facinora debet extendi, neque in re turpi ulla obligatio contrahitur. Jacobin. de St. Georgio de feud. §. *Promiserunt.* Schenck ad tit. *hic fin. lex.* Gail. de *P. P. L. I. c. IV. n. 10. 11. 12.* Dn. Hornius *Jurispr. Feud. C. XVIII. §. 10.* & è Juris naturalis ac Gentium interpretibus Zieglerus in *Not. & Animadvers. ad d. l. Grotii.*

## III.

Utrum vero sit unus Dominus feudi, an plures ratione forsan diversorum feudorum, nihil referre videtur. Schrader p. *VI. c. VI. n. 19.* Cum enim vasallus à quovis peculiare feudum teneat, mediante contractu feudali cum eo peculiariter inito, vel renovato;

vato ; cuius etiam eorum in specie ad serviendum obligatur arg. *c. un. l. Feud. 17.* Hinc si requirant servitia eodem tempore præstanda, cum vasallus cuique præsertim in diversis locis in propria persona servire nequeat, antiquiori domino in persona, cæteris per substitutos debet adesse. *V. Knichen de Vestit. pact. p. II. c. V. n. 43. & plures alii laud. à Kohlio p. II. n. 9.* Æstimatur vero dominus antiquior non ex tempore præsentium vasallorum, sed ratione universi feudi, ut adeo illius feudi dominus merito præferendus, cuius primus acquirens prior investitus est, fidelitatemq; juravit, non cuius præsens possessor. *c. Satis bene II. Feud. 52. Rosenthal c. VIII. Concl. 17. n. 2.* Sed quid si Domini ipsi bello inter se contendant ? Tum ad evitandam feloniam antiquiori soli, tanquam iuramento omni excepto, servitia militaria debentur. Dubitant quidem hic præcipue veteres juris feudalis interpretes, an non noviori substitutus mittendus, ejusque sententiæ rationes haud inelegantes expromit Kohl *p. III. n. 42. 43. 44. 45. seqq.* add. Sonsbec *de feud. p. XII. n. 41.* Schneidewin, *p. V. n. 96.* Quibus tamen subscribere nequimus cum in *c. ult. II. Feud. 28.* diserte tradatur, quod posteriorem dominum contra antiquiorem vasallus non debeat juvare. Juvare autem dominum videtur tam qui personaliter, quam qui per substitutum servit, parviq; refert, suis manibus quis oppugnet vel offendat alterum, an vero per alium *l. I. §. ff. de Vi & vi armat. c. per alium de R. J. in 6to.* Alioquin etiam dispositio *d. c. ult.* quoad antiquiorem Dominum potius imposita verbis, quam rebus ipsis  
C 3
vide-

videretur, perque indirectum admitteretur, quod directo prohibitum. *c. Cum quid una de R. J. in 6to.* Schrader. *p. VI. c. VI. n. 20. 21.* Rosenthal *d. c. VIII. concl. 16. n. 5.* Hartm. Pistor. *L. II. qu. 47. n. 44.* Sed hæc omnia cum ex jure feudali Longobardico facile defendi possint; de hodierna tamen hujus rei praxi aliud contendit illustris Auctor qui sub nomine Cæsarini Furstenerii latere voluit *de Jure Suprematus c. XXVIII. p. m. 128.* Quin & in ipsis consuetudinibus Feudorum Longobardicis non prætereunda exceptio habetur, qua utrique Domino & quidem noviori per substitutum acceptabilem servire, vel adoham solvere vasallus potest, quando scilicet ad alterum fratrem feudum pervenit, & alter adeo non credens facile feudum ad se, posterosque suos reversurum aliud feudum ligium sibi quæsit, quo casu contra regulam communem erit duorum vasallus ligius. *II. Feud. 99. Dn. Coccejus de Adoba. c. III. §. 2.*

## IV.

Sed hæc de pluribus dominis diverforum feudorum. Enimvero quando unius ejusdemque feudi dominium directum ad plures pertinet, difficultas haud exigua suboritur, è textu *c. Imperialem §. Præterea II. Feud. 55.* quo disponitur, vasallum non posse compelli pro uno feudo plures habere dominos. Arbitror tamen haud parum interesse, utrum ab initio feudum à pluribus sit concessum, an ab uno. Si prius, atque vasallus sponte propriaque voluntate plures pro uno feudo dominos adipiscatur, inque plures ab initio consentiat; dispositio *d. §.* quæ de coacto sive compulso

pulso loquitur, minime ob stare videtur, sed servitia omnibus præstanda, arbitrio tamen boni viri determinanda v. Afflict. in §. *Præterea Ducatus, tertio Not. n. 15.* Sin posterius, & vel vasalli voluntate feudum inter plures dividatur, vel singuli illud indivisum retinent, omnibus servire tenebitur, neque iterum d. §. de casu divisionis agens quicquam officiet. Alvarott. in cap. *Omnes, si de feud. defunct. n. 6.* Molinæus ad *Consuetud. Paris. tit. 1. §. 2. Gl. 4. n. 51.* Hartman. Pistor. L. II. qv. 47. n. 120.

## V.

Quæ autem de domino feudi servitia militaria exigere valente hæctenus adstruxi; eadem quoque intelligenda de eo, qui proprietatem feudi vel cum pacto de retrovendendo, vel additionis in diem, vel legis commissoriæ, vel etiam in dotem accepit. Cum enim aliud sit de re quærere, aliud de modo habendi, Grotius de J. B. §. P. L. I. c. III. §. 11. § 16. in fin. &, quamdiu nec contractus resolvatur, nec vigore pacti proprietas abscedat, dominus feudi hic revera existat; tenetur omnino vasallus ratione proprietatis rem feudalem non sibi, sed domino revocabili possidens servitia eidem præstare, Kohl p. II. n. 31. 35. § seqq. Idem esto iudicium de iis, qui ditionem forsan impartibilem, vel feudum alternatim tenent, quod genus antiquiores Germani vocabulo aptissimo *Eine Dertierung* recentiores peregrino, *Eine Muthschierung* appellare consueverunt, v. Knipschild. de *fideicomm. famil. Illustr. c. VI. n. 317.* Meischner tom. III. decis. 9. Besold. voc. *Muthschierung* Frid. Hortleder *Notis ad supr. honor. Frideric*

*vici Senioris Duc. Saxon.* Imo de tutore, curatoreve domini feudi pupilli, vel minoris, quatenus ejusmodi servitiis militaribus ad conservationem juris, honoris, atque bonorum pupilli opus habet. Aliud vero dicendum, si bellum, cujus gratia à vasallis servitia exiguntur, pupillum minoremve haud concernat, multo minus tutorio, vel curatorio nomine suscipiatur, sed ipsius tutoris vel curatoris proprium sit. conf. iterum Kohl. *d. p. II. n. 38.*

## VI.

Neque solummodo inferiores à superioribus, verum etiam superiores ab inferioribus, imo multo magis æquales ab æqualibus feuda recognoscunt. *II. Feud. 100. Vultej. de Feud. C. IV. n. 9. 10. Dn. de Rhez Comment. in Jus Feud. L. I. t. I. n. 5.* Quæ res eo minus dubii habet, quo evidentius constat, summæ vel huic æmulæ potestati seu superioritati territoriali per nexum ejusmodi feudalem nil quicquam decedere v. Grot. *de I. B. § P. L. I. c. III. §. 23. illustr.* Auctor Furstenerii *de Jure Suprem. c. 28.* add. judicata apud Gylmann. *tom. III. Symphor. p. 120. 260. 328. L. I. Dec. 46. n. 172. Meischner. tom. I. Dec. 32. n. 1. Schwanman. Dec. 10. n. 111. § 195. Everhard. Jun I. Conf. 41. & omnino Reichs Gutachten wegen der Metz/ Tull/ und Verdun immediat vasallen extra districtum ap. Londorp. L. X. continuat. act. Publ. c. 206. ad A. 1670.* ubi status Imperii ajunt: es sey eine gemeine durchgehende observantz im Reich: *nudam fidelitatem non tribuere jus supremum territoriale.* Neque exempla quoque longe arcessenda. Ita enim ab Electore Palatino duos magnos & potentes Duces, decem



cem & octo Comites dependere dicebat Legatus Palatinus teste Marquardo Frehero *de Electorat. S. Rom. Imp. Comit. Palatin. Rhen. p. 19.* A Serenissima ac Potentissima Domo Brunsvico-Luneburgica Regem Daniæ feudum recognoscere testatur formula investituræ ap. Dn. Strykium *Append. E. J. F. n. 18.* Ab Episcopo quoque Würtzburgensi Magister Ordinis Teutonici, alique plures Principes, Comites, ac Barones Imperii feuda tenent, sicuti eos omnes recenset Knichen *de Saxon. non provoc. jur. verb. Ducum. C. VI. n. 8. seqq.* Alia exempla præbent feuda & officia illa, quæ Electores Seculares à Bambergensi Episcopo accipiunt, de quibus supra *C. I. §. 3.* add. Dn. ab Eiben *Elect. Feud. C. XI. §. 9.* ubi formula, qua Legatus Electoralis nomine Electoris Saxoniae ab Episcopo Bambergensi investituram petens usus est, adducitur. add. König Wenzelus Lehn Revers wegen Dresden dem Stifte Meissen gegeben *A. 1300. ap. Ant. Weck p. II. Beschreibung und Vorstellung Dresden Tit. I. Lit. M. p. 161. it.* Die Gräfliche Stolbergische Deduktion wegen Königstein &c. in Beyslagen &c. *n. 33. 34.* ubi dominus vasallum suum vocat seinen gnädigen Herren. Annon igitur hoc casu potentia vel dignitas vasalli, qua domino feudi antecellit, eundem à servitiis liberat? Equidem Tabor *Comment. ad I. Feud. I. p. 54. & Schnograph. Feud. p. I. §. 4.* obligationem vasalli ad fidem, reverentiam, & servitia militaria hodie Capitaneis regni Deneu Hohen Männern / si à paribus in dignitate feuda obtineant, remissam censerit, opinatur. Enimvero licet facile credendum, eos à servitiis

vasallorum eminentiorem fortunam dedecentibus esse  
 immunes, v. Rosenthal *C. VI. concl. 31. Dn. ab Eiben cit.  
 loc.* neque etiam fidelitatem hoc casu jurato præstari, sed  
 substitutos admitti absque iurejurando fidem sponden-  
 tes, sicuti de vasallis Episcopatus Bambergensis exem-  
 pla hanc in rem affert Limnæus *ad C. XXVII. A. B.  
 O. 7. n. 3.* & de Landgraviis Hassiæ notat Eberhard. Fa-  
 bricius *Glor. Fuld. Appar. p. 49. seqq. tangere ipsorum  
 mandatarios baculum, quem Abbas Fuldensis manu teneat,  
 postea manu data promittere, quod prælecta servare & ex-  
 equi velint, nunquam tamen juramento se obligare.* An ta-  
 men sola dignitas vel potentia vasalli, qua domino  
 feudi vel superior, vel par est, eum à servitiis militari-  
 bus immunem reddere possit, merito dubitandum *cit.  
 text. IV. Feud. 100. Rosenthal. C. VI. concl. 31. C. VIII.  
 Concl. 4. n. 14. C. X. concl. 1. n. 4.* Imo potius quo  
 usque feudi obligatio hoc in casu pertingat, ex jure  
 feudali, maxime vero ex naturalibus cujusque impri-  
 mis curiæ consuetudinibus & moribus definiendum.  
*II. Feud. 23. Dn. Hert. de Specialibus Rom. Germ. Imp.  
 Rebusp. earumque variis nominib. & figur. §. 33.* Hinc  
 Mauritius Landgravius Hassiæ cum Episcopus Würtz-  
 burgenfis A. 1621. contra Mansfeldium servitia exige-  
 ret, in Epistola ad Ludovicum fidelem Landgravium  
 solum respondit: Wir haben in unsern Reposituren  
 zu Cassel mit allem Fleisse nachsuchen lassen/ es befin-  
 det sich aber gar nicht / daß Wir oder unsere Vor-  
 Eltern mit dergleichen Begehren von dem Bischoffe  
 zu Würzburg jemahls angelanget seyn. observante  
 iterum Dn. Hertio *laud. Diff. §. 33. in Not.*

De foeminis forsan scrupulus moveri posset, non-  
 tam ex eo, quod secundum jus civile bellum haud ge-  
 rant, neque officia publica valeant sustinere; *l. 2. ff. de*  
*R. J. ibique Dd.* quam quod in ipsis feudorum consue-  
 tudinibus, utrum feuda dare possint, olim non mini-  
 mam dubitationem habuerit. *II. Feud. 3. §. 1.* Ratio  
 haesitationis originem traxit ex Jure Longobardorum,  
 quo mulieres in perpetua erant tutela, neque rem-  
 suam alienandi potestate fruebantur. *L. 2. tit. 10.*  
*Quat. mulieri libere alienare permiffum fit.* Gothofred. ad  
*Text. II. Feud. 3. Lit. 1.* Enimvero cum morali ratio-  
 ne à facultate jurisdictionem exercendi, & bona sua  
 administrandi haud excludantur; praevaleuit merito  
 sententia affirmativa tanquam mitior. *II. Feud. 13.*  
*II. Feud. 91.* ibique Bitsch. *in Comment. Finckelthaus.*  
*Disp. V. thes. 15.* add. de jure Saxonico Dn. Hornius  
*in Jurispr. Feud. C. V. §. 15.* Indeque etiam foemi-  
 nis, qua foeminis, servitia feudalia cum in genere,  
 tum in specie militaria non poterunt denegari. arg.  
*II. Feud. 3. c. 1. §. foeminam.* add. Capitular. Caroli M.  
*L. IV. c. 70. verb. ut vassi nostri & vassi Episcoporum,*  
*Abbatum, Abbatissarum heribannum re-vadiant,* collato  
 Du Fresnio *voc. Vassi.* Perpicuum hoc praecipue in-  
 Illustribus, quæ regimen gerunt, ac jure belli ac pacis  
 perfruuntur. Quorum pertinere videtur memorabile il-  
 lud exemplum, quod superiori anno ex Anglia ad nos  
 delatum, gloriosissimam Reginam ANNAM, cui ma-  
 xima Europæ pars quam plurima debet, Celsissimo  
 Duci Marlborougensi Dynastiam Woodstock hac lege

tanquam beneficium tribuisse, ut ipse & posterī quolibet die XIII. Augusti in memoriam splendidissimæ illius victoriæ, quam hoc ipso die auxilio cœlesti Germani, Angli, & hi quidem hoc duce, atque Fœderatum Belgium à Gallis & Bavaris A. MDCC IV. ad Hochstadium gloriosissime reportarunt, Regiæ Majestati Anglicæ vexillum album tribus liliis aureis exornatum offerrent.

## VIII.

Cum porro non solum personæ physicæ; sed & morales, universitates, civitates, & ecclesiæ per suos rectores, Archi-Episcopos, Episcopos, Abbates, Præpositos feuda dispensare valeant; *l. Feud. 1. Bitsch. Comment. ad l. Feud. 6. p. 102.* his quoque ipsis à vasallis servitia militaria in tantum præstanda; in quantum id reipublicæ status, & leges permittunt. De Civitatibus Imperialibus beneficia, vel subfeuda forsitan concedentibus res facile liquet. Neque de Episcopis temere dubitandum. Siquidem jam tum medio ævo in receptum abiit morem, ut ratione Regalium seu possessionum ecclesiasticarum vasallos & milites suos in aciem deduxerint, imo ad servitia militaria perinde ac cæteri vasalli seculares fuerint obstricti. vid. Monachus Floriacensis *Lib. IV. Miracul. S. Benedicti c. 24* Adamus Bremensis *C. 38. Chronicon Laurisbam.* ap. Freher *Tom. 1. p. 88.* Godefridus Monachus S. Pantaleonis *A. 1166.* Et omnino Du Fresnius multa eruditione, referta Commentatione *De Hoste & exercitu Episcoporum* quam inseruit *Glossario suo voce Hostis.* Quin & eadem, quæ de Episcopis hætenus asserui, etiam capitulo sede vel vacante, vel impedita, adscribenda erunt.

erunt. v. Dn. Ockel de *Præscript. immemoriali C.IV. §. 24.*  
 Hæc enim legibus & consuetudine Imperii Jurisdictionem, Regalia, Superioritatisq; Jura omnia retinent, in eaque Jure quodam accretionis succedunt. *V. art. 5. Instr. Pac. Osn. Monast. §. 17. & 21. it : Subscriptiones nomine Capitularium Salisburg. Bamberg. R. I. ult. de A. 1654. conf. Dn. Præsidis Diss. de Jure Diplomatum c. II. §. 11.* Imo Canonum Jure idem regulariter exercere possunt; quod Episcopi *cap. un. de Majoritate & obedientia in 6to. c. cum olim 14. X. eod. Jo. Francisc. de Pavinis Tr. de officio & potestate sed. vac. p. 1. qu. 1. & seqq. qui invenitur in Tract. Tractat. Tom. XIII. it. Marcus Antonius de Dominis de Republ. Eccles. P. I. L. 2. n. 10.*

## IX.

Quod ad alteram personam, quæ servitia militaria præstare teneatur, attinet; ex descriptione §. 5. *sup. cap. proposita*, & synonymia vocum vasallorum, atque militum Germ. *Männer §. 4.* relata satis elucescit, vasallum servitiis præstandis obnoxium esse *II. Feud. 23. in fin. II. Feud. 26. §. si quis 36. 99. Jus Feud. Alemann. C. LXXXVII. & Saxonicum Art. XLVI.* Ideo enim feudum ei conceditur, quo ipse vicissim Domino fideliter serviat. *dict. text.* Quod adeo verum, ut ad servitia inhabiles ne quidem successionis feudalis capaces habeantur. *II. Feud. 30. §. ex hoc. Cravetta Conf. 303. n. 8. & omnino Hartm. Pistor. L. II. Qu. 32.* Illustrat hunc locum non prætereunda *Constitutio Divi JULII, Brunsv. ac Luneb. Ducis de anno 1588. d. 20. Novembr. sub titulo: Offen Ausschreiben an alle Leen-Leute und Ritter-schafft/ daß sy nicht meer auf Gutschen / sondern mit irem*

irem Reiffgen Zeuge gen Hoffe kommen / und iren  
 Hoffdunst verrichten sollen / quam Serenissimus Divæ  
 Memoriae Princeps ac Dominus AUGUSTUS, Dux  
 Brunsv. ac Luneb. der Fürstl. Braunsch. Hoffger.  
 Ordnung p. 698. Ess. subjiciendam esse voluit. In hac,  
 postquam Majorum virtus eximiis laudibus ornata,  
 verb: Als Wir aus den alten Historien / und verlauffe-  
 nen gaar Ritter-Feer- und rünlichen Geschichten  
 uns zu erinnern / auch selbst in Erfahrung haben / wy  
 hibedor dy liben / beständigen / keffen / freudigen Leut-  
 schen / wegen irer Manlichen Tugend / Redlich-Tapfer-  
 Erbar- und Standhaftigkeit / bey allen Nationen der-  
 massen berümet gewesen / das dieselbe nicht allein in  
 Krigesläufften herfür gezogen / sondern auch mit irer  
 Zutaat in dem Heil. Röm. Reich Deutscher Nation  
 dem gelibten Vaterlande tapfere und feer kine Taa-  
 ten verrichtet / und insonderheit dieses Landes Leute/  
 irer Rüstung und Manheit halber nicht allein bey  
 Lebzeiten Weyland der Hochgeboornen Fürsten / Herrn  
 Erichen des Aeltern / und Herrn Heinrich des Jün-  
 gern / beydersits Herzogen zu Brunswyg und Lu-  
 naburg &c. Unfern freundlichen liben Vettern und  
 Herren Vaters / Hochloblicher Christmiltler Gedachte-  
 nis / beyde in- und ausserhalb des Reichs / sondern  
 auch unter andern in- und ausländischen Potentaten /  
 den Ruum erlanget / das andere frömdie Nationen die-  
 selbe gerne bey sich gehabt / ire Rüstung gelobet / und  
 sich denselben *conjungirt* / &c. Dein hæc sanctio habetur:  
 als wollen und befallen Wyr hinit euch allen und ieden  
 wol- und obgemelten unsern Leen-Leuten / Dinern und  
 Ber-

Verwandten / was Burden oder Standes dy seyn/  
 in Gnaden ernstlich / daß yr und ein ieder unser An-  
 gehörigen mit so vyl Reistigen Pferden/ als er ver-  
 möge seiner Leen und Verwandnis Uns zu dinen  
 schuldig und pflichtig/ iederzeit in guter Bereitschafft  
 sizze / wolversuchte/ geübte / ersaarne Wegkundige  
 Knechte bey sich habe/ desgleichen so vyl möglich mit  
 blanker Stalener Rüstung/ und gestälten Satteln/  
 daran zwey Feur-Roor mit Eisen Blechen Laden/  
 und smalen Anslagen irgends zu eindrächtigen byrt-  
 halben Quentlin sweren Kugeln und zugerichteten  
 Patronen/ oder mit andern dergleichen unstrafflichen  
 Rüstungen / wy auch mit Spysen und Hauptthar-  
 nischen / unserm Uns von Hochdedachten unserm  
 freundlich lieben Vetteren und Herrn Vatern angeerb-  
 ten Gebrauch und Tapferkeit nach / damit J. L. L.  
 sich bei Kayser und Königen auch für sich selbst/ wy  
 Männiglichem kundbaar/ gefast und bereit haben findē  
 lassen / bey Uns auff Erfodern sich einstellen könne &c.  
 Neg; etiam refert, utrum sit unus vasallus, an vero plures,  
 qui omnes pro indiviso feudum tenentes ad unum servi-  
 tium, & quidem in solidum obligantur. II. Feud. 26. §. O-  
 mnes filii c. Imperialem II. Feud. 55. §. Præterea. cap. ex-  
 traord. II. Feud. 77. l. 2. §. 2. ff. de V. O. Hartman. Pistor  
 L. II. qv. 47. n. 15. Uno tamen servitia præstante reliqui  
 liberantur. arg. l. 2. §. 1. ff. de V. O. Kohl. p. I. n. 92.  
 Notari hic iterum meretur ex Constitutionibus ha-  
 rum terrarum saluberrimum monitum, quod in Or-  
 dinatione Politica Ducatus Brunsvic. Luneburg. Cellen-  
 sis habetur C. XXII. Von Theil- und Zerrissung der  
 Lehn-

Lehn-Güter verb : So seyn wir zwar nicht gemeinet unsern Landsassen die *divisiones* oder *subdivisiones* zu verbieten ; Versehen Uns gleichwol gnädig / sie werden für sich gewillet seyn / sich darbey also zu moderiren und zu mäßigen / daß sie und ihre Adeltiche Geschlechter bey gutem Vermögen und *respect* erhalten / die Lehn-Güter mit Schulden unbeschweret bleiben / Uns auch und Unseren Nachkommen der Kostdienst desto bequemer / gewisser / und verfolglicher davon geleistet werden könne und möge.

## X.

Ex regula verò generali antea allata , vasallum ad servitia militaria esse obstrictum , simul apparet , non semper transire servitorum onera ad possessores feudi ; sed accidere aliquando , ut ille , qui fructus ac commoda ex feudo percipit , immunitate fruatur , alter vero , cui utile dominium absque commodo remanet , ad servitia militaria sit obstrictus. Hinc (I) vendito feudo non emtor , sed venditor tenetur , quamdiu domini consensu secutaque investitura emtor nondum factus est vasallus. Andreas de Isernia *ad. c. un. Sed nec est alia justior. n. 36. Quæ sit prima caus. benef. amitt. vel licet etiam factus sit* , venditor tamen servitium consensu domini sibi servat. vid. Dn. Stryck. *De Feud. Pomeran. C. I. §. 6. n. 27. ubi in causa Rirald Joachims Flemming & Niclas von Kalsöven d. 29. Januarii An. 1674. à collegio Electoralis tum Regiminis ita judicatum refert. Similiter (II) non creditores, sed debitores vasalli ex feudis oppignoratis, vel antichresi constituta, subsecuta licet immisione, usque ad additionem servi-*



servitia militaria præstant. Licet enim propter feudum servitia præstentur, eorum tamen obligatio ex contractu feudali inter dominum & vasallum inito descendit. *c. un. §. ult. II. Feud. 23.* Ut adeo domino nullum hic præjudicium fieri debeat, quod omnino metuendum foret, si cogeretur carere servitiis vasalli, quem elegit, & contentus esse servitiis creditorum redditibus feudi fruuentibus, qui sæpe numero minus idonei esse possunt. Plures rationes vide sis ap. Kohlium *p. I. n. 70. 71. ff.* Unde hanc sententiam communiorem & in praxi receptissimam esse testantur Gail. *L. 1. O. 117. n. 6.* Heigius *p. I. Qv. 18. n. 13.* Coler *de Process. Execut. p. II. C. III. n. 282.* Schrader *p. VI. c. VI. n. 70.* Rosenthal *C. VIII. Concl. 5. n. 6.* atque *in causa Alexander von der Osten contra Valentin von der Osten* iudicatum esse iterum docet Illustr. Stryk. *Diss. de Feud. Pomeran. cit. C. I. §. 6. n. 22.* *Dasß possessor hypothecarius oder Pfandseiner haben keine Hof-Dienste thun / vielweniger die Lehn-Brüeffe pro rata ablösen dürffe.* Quod si tamen feudi Dominus rei suæ incumbere velit, rectissime concludit Rosenthal *C. VIII. concl. 5. n. 6.* invitum eum nulla ratione cogi posse, ut servitiis vasalli feudo alio possidente utatur, præsertim si is eadem non debito modo & inconvenienter præstet. In his terris Brunsvico Luneburgicis ad majorem Serenissimorum Domino- rum feudi securitatem non solum illa juris communis dispositio de prohibita feudi alienatione *II. Feud. 52.* per expressas constitutiones repetita. *v. Herzog Heinrich Julii Constitution wegen verbotenen Alienation der Lehen / Erben Zins / und Meyer-Güter de dat. 3. April. 1595.*

1595. *Ejusdem Sereniss. Renovatio* solcher *Constitutione de A. 1604. d. 2. Apr. & Declaratio* beyder vorhergehenden *Constitutionen d. A. 1612. d. 29. Maji.* sed & in hac postrema declaratione saluberrime constitutum: Daß von den Glaubiger Unseren Cansler und Rächten ein gehöriger Revers wegen unsers Eigenthums/ und daß er dazu Uns und Unseren Belehnten nach seiner Befriedigung/ oder/ so bald der Schuldener ohne Männliche Erben mit tod abgehen/ und die Güter dadurch oder sonsten in andere Wege Uns hinwieder heim kommen würden/ antworten/ wie denn auch den Hof-Dienst und Schatzung/ auf Masse Unsere Cansler und Rächte/ sich mit Ihm nach Gelegenheit darüber vergleichen werden/ jedesmahl abstaten. Neque etiam (III) emphyteuta qui feudum fortean in emphyteusin consensu Domini à vasallo accepit, vel (IV) missus ex causa damni infecti, vel (V) uxor ratione dotalitii ad servitia militaria tenentur, cum iterum non hæ personæ sed vasalli fidelitatem & ex ea servitia debeant. Illustr. Coccejus *de Adoba C. III. §. 5.* diff. quoad dotalitiam mulierem Henelius *de Jure dotalitii C. IX. §. 3.* Multo minus (VI) usufructuarius (VII) colonus. *Natura Conf. 409. Socin. L. II. Conf. 217. Schrader p. VI. C. VI. n. 72. Rosenthal C. VIII. concl. 7. n. 17.* Dissentit tamen hic iterum Jacobus de Ayello *de Jure Adobæ n. 59.* qui habetur in *Tract. Tractat. Tom. XII.* Quin & omnia hæc regulariter ita sese habent, nisi in uno & altero loco alia constitutio supersit, uti in Pomerania Orientali vigore *Edicti Regii de A. 1701. d. 1. Jun.* possessores Feudi semper obstructi hærent ad præstanda servitia non obstantibus

tibus pactis inter vafallos, vel eorum majores circa servitia initis; ita tamen, ut pacifcentes adversus se invicem ex pactis conventis regressum habeant. v. Diff. Inaug. sub Præsidio Dn. Marci Rhodii novissime habitade *Servitiis Feudalibus Vasallorum Pomeraniae Orient. C. III. §. 26.* conf. quoad mulierem cui dotalitium constitutum *J. F. Saxon. art. LVI. & ibi Gl. ordinar.* ubi dicitur: Es sollen auch auf dem Leib-Gut dem Herren seine Dienste nicht entschähret noch geringert werden. Et provisio in nova Marchia ab Elect. Johanne Sigismundo facta d. 11. Jun. 1611. So auch Wittiben auf Lehn-Gütern beleibgedinget/ ist den Rechten gemäß/ daß sie alle die ouera realia an Ritterdiensten/ Steuern &c. pro quota behalten.

## XI.

Animi vero corporisque vitia vel ægritudinem quæ vafallum ad serviendum inhabilem reddere possit, à servitiis personalibus liberare nemo facile dubitabit. Qualis est (I) si vafallus forsan furiosus vel mente captus sit, qua ratione nec volens quidem admittitur. (II) Si tam gravi morbo prematur, ut rebus suis superesse nequeat. Rosenthal *C. VIII. Concl. 8. n. 9.* vel (III) alio quodam defectu uti coecitate, surditate laboret. Tiraquell. *de Primogenit. C. XXIII. n. 23.* Idem (IV) dicendum de ætate admodum provecta, quæ plerumq; ægritudinem corporis inducere solet. Interim hi omnes vel per substitutum acceptabilem servire, vel dimidium redditus feudi unius anni offerre debent. *II. Feud. 55. §. 2.* Pupillus autem jure communi à servitiis liberatur *II. Feud. 26. c. Si minori &c. Si quis decefferit.*

Ast de jure Saxonico tutor ipsius nomine domino secundum conditionem ac statum pupilli servire tenetur. Land N. L. I. art. 23. §. ob wol ein Kind. Lehn N. C. 26. verb. wie jung das Kind. Neque moribus huic servitia remissa, cum, licet domino per dilationem juramenti haud noceatur, noceatur tamen per dilationem servitiorum v. Schneidewin de Feud. p. V. n. 160. Carpzov. J. F. p. III. C. 28. def. 18. n. 3. Quod si clericus, vel foemina etiam feudum servitiis obnoxium possidet; domino vel acceptabilem personam mittere, vel hoc consentiente justa satisfactione servitia redimere, & hostenditia praestare debet. Jus Feud. Alem. C. LXVII. Jus Feud. Saxon. C. XXXIV. Qua in re multum arbitrio judicis relinquendum Struv. S. I. F. C. XI. §. 6.

## XII.

Vexata est Interpretum juris feudalis quaestio; utrum subfeudo constituto vasalli vasallorum Germ. die affter Lehnsleute dominis immediatis, an vero superioribus servitia praestare teneantur. v. Kohl pec. Tract. de Subfeudis C. IV. n. 34. ubi dissentientium argumenta inter se contendit. In Jure Feudali Alemannico C. VI. 1. textus est: Unt die nit Lehn von dem Reiche hant/ immediate scilicet sed mediate tamen, den gebüet der König (doch) wol die Herfart Et C. CXXX. Von weime ein Mann Lehn hat/ es sey des Herren eigen oder Lehn/ württ ihm des Reichs Dienst geboten/ er ist ihm schuldig davon zu dienen den Dienst als dies Buch seit. Addit his Schilterus Comm. ad cit. C. VII. ex jure Carolino Capitul. II. c. 1. § 7. a. 812. & e consuetudinibus feudorum Longobardicis text. II. Feud. 54. inde.

indeque colligit dominum superiorem jure Feudali Alemannico, Francico, & Longobardico à vasallo vasalli servitia exigere posse, non tantummodo quoties subinfeudans jure suo excidit, sed etiam cum ipse jure suo utitur conf. Gothofr. ad text. *II. Feud. 34.* Alii tamen subvasallum Domino subinfeudanti non vero superiori ad servitia teneri volunt, ita tamen ut nec hunc offendere debeat. *II. Feud. 55. §. illud quoque.* Schrader *p. VI. c. VI. n. 58.* Rosenthal. *C. VIII. concl. 10. n. 5.* Strauch *Diff. Exoter. X. §. 21.* Struv. *S. J. F. C. XII. §. 12. n. 3.* Dn. Stryk. *E. J. F. C. XIX. §. 30.* Quam opinionem communiorem & in praxi receptam jam tum pronunciarunt Natta *consil. 487. n. 34.* Hartm. Pistor. *L. II. qv. 45. in fin. add. Molinæ ad Consuet. Paris. t. 1. §. 1. Gl. 6. n. 3.* Borrinius *de Cavalcata p. I. c. 13.* Inde est, quod, cum in feudis equestribus à nobilibus nonnunquam aliis ex agris ad ipsorum feudum pertinentibus subfeudum concedatur, hi subvasalli partem sumtum ad servitia conferre debeant, quæ appellari solet cū *Gueti zum Ritter-Pferde. v. Celeberr. Dn. Eifenhart. de Jure patrimonii dividui & individui C. VIII. §. 19.* Hujus conditionis esse videntur in partibus Franconia feuda quæ vocantur die *Reit-Lehne* quorum possessores plerumque plebeji equestre aliquod servitium nobili domino hosticis incursionibus ingruentibus præstare obnoxii sunt. *Wehner Pract. Observ. v. Reitlehne.* Pro restrictione tamen sententiæ antea propositæ observandum, quod, cum subinfeudans amplius servire non possit, subvasalli tanquam debitores debitoris in subsidium obligentur. *Coler. de Proc. Execut.*

p. II. C. 3. p. 332. Rosenthal C. VIII. concl. 28. n. 6. plures limitationes adjicit Kohl cit. C. IV. n. 43. & seqq. add. Dn. Hert. de Spec. Rom. Germ. Imp. Rebusp. §. 33.  
XIII.

Quemadmodum vero personæ morales universitates, civitates, ecclesiæ feuda elargiri possunt uti §. 8. vidimus ; ita quoque aliis interdum vinculo feudali sunt obnoxia. v. Rosenthal C. III. concl. 2. Zahn. Ichnogr. Municipal. C. XIII. De civitate Imperiali Ratisbona auctor est Hundius tom. 1. Metropol. Salisburg. p. 221. ejus scultetum bannum sanguinis à Ducibus Bavariae in feudum accipere, sine quo in malefactores poena capitali animadvertere non potest. Civitates immediatas Pomeraniae orientalis possidere Steuerfreye Stütze/ Hüfen/ und Güter/ wie die Ritterschafft/ testatur Dn. Stryk. de Feud. Pomer. C. III. §. 31. Plura exempla passim supersunt. Mihi satis fuerit hic observasse, qualescunque civitates vel universitates feuda per contractum, aut alio titulo acquisierint, oneri servitorum obnoxia, eas procul dubio ratione horum bonorum ad servitia militaria obstringi. Inde civitas Spirensis immunitatem à Trans-Alpina expeditione impetravit, uti produnt diplomata ap. Lehmann, Chron. Spir. C. XXI. & C. XLI. Atque Argentoratensis ab omnibus aliis, excepta illa, quæ Romanæ coronationis ergo suscipitur, ceu multis documentis ostendere conatur Autor des Summarischen Berichts von etlichen der Stadt Straßburgs Freyheiten ap. Fritsch. in Addit. ad Linn. L. VIII. c. 3. p. 22. Quod Episcopos vero reliquosque ecclesiarum præpositos atinet, ex incorruptæ

ruptæ fidei monumentis § 9. jam tum ostensum, eos medio ævo ad servitia militaria ratione regalium seu possessionum ecclesiasticarum perinde ac cæteros vassallos seculares devinctos fuisse v. præter Scriptores ibi relatos Gregor. Turonens. *L. IV. C. 37. 43. & L. V. c. 20. L. VIII. c. 39.* add. M. Antonii Dominicy. *Jcti historica disquisitio de prærogativa allodiorum in provinciis, quæ jure scripto reguntur, Narbonensi, & Aquitanica C. XI. §. 13.* Et licet Carol. M. iisdem arma ferre vel ad pugnam pergere interdixerit, *Capitul. I. ann. 769. c. 1. L. VI. C. 61.* haud diu tamen viguit ista constitutio. Ingressibus enim Danorum incursionibus totaque Francia bello ab ipsis petita, cum de suprema salute ageretur, Episcopi atque Abbates cum suis vassallis statim iterum submoneri cœpere. vid. Frotarius Episcopus Tullensis *Ep. 25.* Flodoardus *Histor. Rem. L. III. C. 18. & L. IV. c. 14.* Quam adeo servitii militaris, hostis, ac cavalcatae obligationem ipsi in suis diplomatibus sæpe numero agnovere, observante iterum harum rerum felicissimo scrutatore Cangio in *Glossar. voc. hostis*; ubi & in fine supra jam tum laudata elegans *commentatio de hoste & exercitu Episcoporum* legitur. Hinc Altaferra, reconditæ eruditionis Jctus, feudorum Ecclesiasticorum alia libera facit, quæ nec censum nec servitium militare debent, sed obsequium precum pro salute principis; alia non libera, quæ militiam & censum præstant, eamque distinctionem eximie illustravit supra jam tum laud. *Tr. de Origine feudorum c. 4.*

## XIV.

Occurrit etiam crebra in veteribus chartis atque diplo-

diplomatibus ministerialium mentio. v. Charta Henrici Rom. Regis A. 1232. ap. Trithemium *Chron. Spanheim ad d. A.* Charta de A. 1271. ap. Limnæum *tom. II. Addit. ad L. IV. p. 255.* it. Charta Henrici Com. Palatin. Rhen. A. 1282. in *Metropol. Salisburg tom. I. p. 388.* Charta Bernardi III. Patherburnensis Episcopi A. 1187. ap. Nicol. Schaten *L. IX. Annal. Paderborn.* Quod nomen apud Germanos non unius fuisse significationis vult Du Fresne in *Gloss. b. v.* add. Dn. Ockel de *prescript. immemoriali C. II. §. 34.* Quamvis autē ad serviendum ipsos devinctos fuisse, nemo facile dubitaverit. v. *Constitutio*, quæ sub nomine Caroli Crassi vulgò circumfertur, de A. 887. §. 5. *Similiter de Ecclesiarum filiis vel domesticis, id est, ministerialibus vel quorumcunque Principum clientela, qui quotidie ad serviendum parati esse debent, statuimus &c.* add. Krantzius in *Metropol. L. I. c. 2. & L. II. c. II.* oppido dura tamen fuit, neque unius generis eorum conditio, indeque à vasallis sobrie distinguendi. Colligi potest eleganter hoc discrimen ex autographo Comitum Thuringiæ quod Landgravio Henrico A. 1248. dederunt, relato ab Ant. Weck. *p. II. Beschreibung und Vorstellung Dresden tit. I. p. 156.* indeque excerpto à Dn. Hertio de *subjectione territor. §. II. verb. Qui ministerialis existit, ipsi jus ministerialis, qui vero vasallus fuerit, jus vasalli sibi exhibebit utique, & etiam observabit.* Apposite Marqv. Ereherus *Not. ad. d. Constit. Carolo Crasso adseribi solitam: Qui feuda, inquit, à Principibus non habent, sed assidati, clientes, stipendiati, ministeriales Palatini eorum sunt, & quotidie ad serviendum parati esse debent. Diversi ergo à vasallis ministeriales re & nominibus, quibus*



bus in antiquis monumentis separantur : Comitium de N. cum castris & munitionibus, fidelibus vasallis, ministerialibus hominibus, & omnibus attinentiis. Et in Teutonicis : vasalli Mannen / & Lehnteute / ministeriales Diensteute vertuntur. Qui plura de ministerialium conditione & nexu legere avert, sitim suam explere poterit ex Dn. Hertii præclare hæc iterum persequentis *Dissert. de Homin. Propr. Sect. IV.* add. B. Meibomii *Notæ ad Northovii Orig. Marchanas p. 413.*

## XV.

Antequam ad tertiam personam, contra quam, serviendum, progrediar; haud alienum erit à proposito paucis aliquid addere de Imperio nostro, atque an, & quatenus Germaniæ Principes cæterique Imperii vasalli augustissimo nostro Imperatori auxilio atque ope adesse, aliaque militaria servitia eidem atque Imperio præstare teneantur, pro instituti ratione disquirere. Quod si antiquiora tempora recolo, ecclesiis aliisque ecclesiasticis corporibus feudalia ejusmodi servitia à Germanicis Imperatoribus ultro remissa fuisse, plurima exempla satis produnt. vid. Hundius in *Metrotopoli Salisb.* passim & præcipue *tom. III. rubr. Tegerense Monasterium p. 379.* Aubert. Miræus in *Diplomat. Belgicis.* & Guillimannus in *Habsburgiacis L. VI. C. 1. p. 221.* Unde etiam distinctio Altaferræ §. 13. relata in feuda ecclesiastica à servitiis libera, & non libera, derivanda. Quin & seculares Imperii cives a sequioris præsertim ætatis Imperatoribus, ab hujusmodi oneribus quandoque immunitatem impetrarunt. Ita Ducibus Austriæ à Friderico I. privilegium indultum, ut nullam plane militarem operam in bellicis Imperii expeditionibus

F

obire,

obire, sed tantum adversus Hungaros duodecim militum subsidio Imperio subvenire, eique unius mensis spatio servire obstringantur, teste Cuspiniano in *Austria*. Quod & à Friderico II. & Carolo V. postmodum confirmatum. v. *Limn. J.P. p.V. n. 30. 32.* De civitate Spirensi & Argentoratensi v. supra §. 13. Castro Friedbergensi eximium privilegium tributum fuisse à Wilhelmo Rom. Reg. lego ap. Oldenburgerum *Limn. Enucl. L. II. C. 18. n. 114.* Verba diplomatis ita se habent: *Hanc gratiam ipsis præ cæteris nostris fidelibus indulgentes, ut si ire nos contigerit ad partes cum exercitu trans montes nullum jus, quod Heersteuer dicitur, nobis dabunt, neque nobiscum ibunt in expeditione, nisi fuerit de ipsorum beneplacito voluntatis.* conf. *Itter, de Feud. Imp. C. XX. §. 6.* ubi plurius adhuc exemplorum mentionem facit, & præcipue quoad Imp. Abbatiam Monasterii Sti Maximini ad illustria diplomata provocat producta a Zyllesio *P. III. Defens. Abbat. Imp. Sti Maximin. num. 20. seqq.* An tamen omnis hujusmodi bellicarum expeditionum usus in Imp. nostris moribus plane sublatus sit, merito ad dubitaveris. Equidem non desunt, qui nulla fere ejusmodi servitia Cæsari atque Imperio vasallos debere opinantur. Ita etiam Textor, vir sane juris & observantiæ Imperii nostri alias intelligentissimus, quando de auxilio opeque Cæsari ab Imperii Principibus atque vasallis contra hostem præstanda quæstio sit, valde leniter & persuasorio modo agi affirmat, in tantum, ut in ipsis Comitibus vota subinde auxilium atque opem expresse denegantia audiri soleant, nemine tanquam in rem vitatam contranitente *de Rat. Stat. Germ. C. II.*

undinobis... p. 21.

p. 21. §. ff. & C. III. p. 63. seqq. Etiam si vero hæc ita in Imperio nostro usu venire, forsitan non possit negari; sunt tamen qui & hic valde dubitant, si de jure loquamur & ad normam publicarum Imperii legum cuncta exigamus, an rigidius examen sustinere valeant. v. Myler. ab Erenbach. *de Princip. & Stat. Imp.* p. III. C. 98. §. 2. ff. Itter. *de Feud. Imp. C. XX.* §. 7. Interim superesse interdum Principibus justas quoque rationes, ex quibus flagitata ab Imperatore auxilia denegare, aut commoda saltem ratione declinare possint, Itterus *c. l.* haud inficiatur. Qua de re illi optime judicaverint, quibus in publicis negotiis dudum & sæpius versatis quid hac in parte legibus Imperii vel observantiæ etiam tribuendum sit probe dispicere integrum est. Utrum vero primogenitus, an ultro geniti & apanagiati ad servitia militaria teneantur? vid. Afflict. *Dec.* 252. Jacobus de Ayello *de Jure Adoba. n.* 53. 54. Ant. Borrinius *De Carvalcata p. III.* Chart. 2. §. 2. qui à primo genito non vero apanagiatis eadem præstanda esse tradunt. add. omnino Springsfeld *de Apanagio. C. XI.* n. 216. 217. ff. & Dn. Coccejus *de Adoba. C. III.* §. 5.

## XVI-

Demum quod tertiam personam, contra quam serviendum, attinet; tritissima juris feudalis regula est, vasallum domino servitia præstare, ipsumque adjuvare debere contra omnes v. Kohl *de Serv. Feud. p. III.* ubi ea per suas ampliaciones, & limitationes copiosissime exposita. Inter has vero notatu dignissima, qua is, qui summa potestate in civitate pollet, excipitur. Uti enim huic secundum notissima doctrinæ civilis principia,

pia, & regulas juris tam divini, quam humani vi resistere non licet. vid. Grotius *de J. B. & P. L. I. C. IV.* ibique Bœcler. Pufendorf *de J. N. & G. L. VIII. c. 8.* ita quoque in forma fidelitatis *II. Feud. 7.* diferte Imperator, vel Rex excipitur add. *II. Feud. 55. §. fin.* Quæ forma licet in Italia nata; nihil tamen vetat quo minus ad Germaniam trahatur, ita ut nec vasalli Principum aliorumque Imperii subditorum contra Imperatorem atque Imperium servitia militaria debeant præstare. Non ideo solum, quia jus Feudale, Longobardorum in Germania adoptatum, verum etiam quod nostræ reip. constitutio, uti cujusvis alius, haud fert, ut subditus adversus superiorem vi agat. *J. P. O. art. VIII §. Gaudeant.* Grotius *de J. B. & P. L. I. C. IV. §. 2.* add. Dn. Hornius *Jurispr. Feud. C. XVIII. §. 12.* Unde vasallus secus faciens pro reo criminis læsæ majestatis habetur, atque feudum amittit. *dist. c. II. Feud. 55.* Hartm. Pistor. *L. II. Qv. 47. n. 33.* Præterea cum superioritas territorialis summæ majestatis æmula sit, extendenda omnino hæc juris feudalis dispositio ad vasallos subditorum vel vasallorum statuum Imperii, idque eo magis, quod jus belli subditis & vasallis haud competat. v. Kohl. *p. III. n. 32.* Seculo XVI. acriter hac de questione in Imperio nostro disputatum fuit: num liceat Protestantibus & eorum subditis Cæsari vim inferenti resistere? Qua de re varix extant Theologorum & Jctorum consultationes ap. Hortlederum *Tom. II. L. I. & II.* In quarum tamen plurimis status publici & politices interior cognitio merito desideratur. add. Goldast. *in Polit. Imp. p. 29.* Dn. à Seckendorf *Histor. Lutheran.*

theran. L. II. §. 48. & 55. & L. III. §. 1. & 4. in Ad-  
dit. Circa annum quoque XVIII. superioris seculi ma-  
ximopere disceptatum fuit, an Imperii & simul Palati-  
ni Comitis vassallus Palatino vassallitica militiæ servitia  
adversus Cæsaream Majestatem salva fide detrectare  
possit, debeatque? vid. Londorp. *Ad. Publ. p. II. L. V.*  
c. 47. Quas tamen diu sepultas transactasque lites  
privato ausu examinare, atque refricare nolo. Utrum  
adversus patrem vassallus dominum adjuvare debeat?  
vid. Rittershusius *Partit. Feudal. L. II. C. 1. qu. 26.* ubi  
textum juris feudalis *II. Feud. 28.* eximie interpretatur.  
Alias quæstiones hic moveri solitas satis abunde ex-  
cussit Kohl. *de Servit. Feudal. d. p. III.*

## CAPVT. III.

DE

REBVS VNDE SERVIENDVM TEMPORE  
AC MODO SERVITIORVM MI-  
LITARVM.

Breviarium.

- |   |   |
|---|---|
| <p>§. 1. Deberi servitia militaria ex<br/>ipsis feudis.</p> <p>§. 2. Evolvitur genuina feudi nobi-<br/>lis definitio, &amp; simul ex quibus<br/>feudis servitia militaria prestan-<br/>tur, eadem pro nobilibus &amp; libe-<br/>ris habenda esse, demonstratur.</p> <p>§. 3. An, &amp; quatenus feudo vel</p> | <p>aucto, vel deminuto servitia mi-<br/>litaria vel augeantur, vel demi-<br/>nuantur?</p> <p>§. 4. Servitia militaria tam belli,<br/>quam pacis tempore, exhibenda<br/>esse, ostenditur, &amp; simul de ex-<br/>peditione Romana, certa militum<br/>specie Halspergis, &amp; Glesen, Gal-<br/>lorum</p> |
|---|---|

- loram Ban, & Arriere Ban, & §. 2. An Dominus loco servitiarum  
Timariotarum apud Turcas of- pecuniam exigere possit? & quo-  
ficiis militaribus agitur. modo adoha & hostenditæ ab  
§. 5. Vasallus neque Domino sti- extraordinaria illa contributionis  
pendia merenti, neque aliter pecuniarie specie, que vulgo das  
quam requisitus servire tenetur. present Geld vocatur, heriban-  
§. 6. De norma servitiarum milita- no, voce Herischlitx, & Heri-  
rium cum in genere, tum in spe- schildo differat? item de quanti-  
cie que feudorum Imperii nomi- tate adoha.  
ne præstantur. §. 9. Sigillatim disquiritur de vasal-  
§. 7. Annon vasalli in propria per- lis in alieno territorio domicili-  
sona servitia militaria exhibe- um habentibus utrum hi ad ado-  
re teneantur? ham persolvendâ astringi possint?  
§. 8. An dimidium reditus feudi §. 10. An extra territorium quoque  
unius anni Domino offerentes, servitia militaria præstanda?  
a servitiis sese liberare possint? §. 11. Cuius sumibus serviendum?

## §. I.

**R**ostquam hætenus de personis quibus servitia militaria præstanda, quæ ad eadem teneantur, & contra quas serviendum, pro instituti ratione actum; hic locus postulare videtur, ut de rebus unde serviendum, tempore, ac modo servitiarum militarium videamus. Deberi vero ex ipsis feudis servitia, indubitati juris est. Neque hinc pro mere personalibus eadem possunt haberi, sed diverso respectu tam pro personalibus, quam realibus. Personalia sunt quatenus vasallus ex contractu inter dominum & se inito ad illa personaliter est devinctus. Realia quatenus eadem pro feudo & nomine ejusdem exhibentur. v. Kohl, de Servit. Feudal. p. I. n. 122. Qua  
distin-

distinctione adhibita textus alioquin diversos facile est conciliare. Intuitu hujus oneris quoque in æstimationibus feudorum certa summa pretio detrahi, & tanti minoris feudum venire solet. In Marchia 1000. Imperiales teste Pruckmanno *Vol. 1. Conf. 50. n. 503. 504.* Scheplizio *ad Consuet. Brandenburg. p. IV. t. VIII. §. 6. n. 2.* & Mullero *Pract. Forens. Marchic. Resolut. 72. n. 40.* In Saxonia autem æque ac Pomerania 1000. floreni pro quolibet servitio detrahuntur Knichen. *de Pact. Vestit. p. II. C. V. in fin.* Schultes *in Addit. ad Coler. Dec. 82. n. 5.* Wehner *Observat. Pract. voc. Ritter- & Dienste §. Jure Saxonico.* De Pomerania Orientali dem constat ex *Constit. Feudal. ibi promulgata tit. 23. von Rosfdienstn §. 4.*

## II.

Illud quoque singulari animadversione dignum, esse ab his servitiis militaribus ipsam originem feudorum nobilium in Germania *der Ritter-Güter/Ritter-Lehn/* derivandam, v. Schilter *Comment. ad J. Feud. Alem. C. 1. §. 1.* Ut enim vasalli nobiles in bello ad reip. commoda sanguine suo promovenda magis magisque inflammentur, prædiis illorum feudalibus hosti & servitiis militaribus obnoxiiis, a multis oneribus, quibus plebejorum bona alias premuntur, immunitas decreta fuit. Unde facile elucescit quid de vulgaribus DD. opinionibus sentiendum sit, quibus alii feudum nobile definiunt, quod annexam habens nobilitatem accipientem nobilitet. v. Gothofred. Antonius *Diss. Feud. I. §. 6. lit. b.* Wurmser. *de Feud. Impropr. Class. II. Sect. I. n. 5.* Alii, quod ab Imperatore confer-

tur

tur v. Nolden. *de Statu Nobil. C. V. n. 51. ff. Klock. T. III. Conf. 182. n. 241.* Alii, quod ex conferentis voluntate & potestate accipientem nobilem reddat. v. Carpzov. *Disp. Feud. II. §. 13. & 14.* Struv. *S. J. F. C. III. Aphor. 5.* Nobilitas quippe feudum haud sequitur, sed feudum nobilitatis accessio quaedam est, uti explosis vulgatis illis descriptionibus concludit illustris Ludolphus Hugo ex intimis penetralibus res eruere solitus *de Stat. Reg. Germ. C. IV. §. 24.* add. Schilter. *Comm. ad Rubr. J. F. Alem. §. 19.* Neque aliud per feudum nobile intelligimus, quam quod nobilibus ab Imperatore vel regionum dominis ob usus militiae cum immunitate ab oneribus concessum. Feltman. *de Feud. C. II. §. 5.* Dn. Hert. *de Feudo Nobili Sect. IV. §. 4.* Iter *de Feud. Imp. C. III. §. 6.* Quae immunitas feudali praedio tributa ad possessorem plebejum quoque transit v. Besoldus *Thef. Pract. voc. Adelicly Lehen.* Nisi in uno & altero loco aliud obtineat. Dn. Hert. *cit. loc. §. 7.* Unde iterum sponte sua profluit, quod ex quibus bonis servitia militaria praestantur, eadem pro nobilibus & liberis vulgo Ritter-Lehen / Schatz-Freite / und Adelicly-Güter haberi debeant. v. Jo. Petrus Surdus *Conf. 135. n. 12. & Conf. 234. n. 28.* Menoch. *Conf. 32. n. 48.* Modestin. *Pistor. Vol. II. Conf. 21. n. 30.* Mynsing. *Vol. I. Conf. II. n. 32. & Vol. IV. Conf. III. n. 296.* & plures alii conglobati a Klockio *de Contrib. C. XIV. Sect. II. n. 1.* Hinc ex praestatione servitii equestris fundatam esse intentionem allegantis libertatem ab aliis tributis, a summo Tribunali Regio Wismariensi in causa Otto Heinrich von Hadeln contra die Eingessene



fessene in Hammelwörden d. 15. Januarii Anno 1656.  
 judicatum fuit referente Mevio p. IV. Dec. 33. Ita  
 quoque Dn. Antecessores inclytæ hujus Facultatis ju-  
 ridicæ A. 1683. d. 15. Aprilis responderunt verb. Und  
 ob zwar die Adelige Güther allodialia seyn/ und nicht  
 feudalia, dennoch aber von der Noblesse der hohen  
 Landes Obrigkeit Verrossdienstet werden / so ist kein  
 Zweifel / daß solche auch aus dieser Ursache frey  
 seyn. Gestaltsamb in rationibus dubitandi angewie-  
 sen/ daß die Nobiles non vasalli wegen ihrer Persohn  
 nicht frey seyn/ sondern die Nobiles vasalli wegen ih-  
 rer Güter/ die sie Verrossdiensten müssen. Wie sol-  
 ches Caspar Klock. in *Tractat. de Contrib. C. XIV. Sect. 1.*  
*n. 12. ex Tiraquello, Modestino Pistore, Matthia Ste-*  
*phani, & Mauricio weitläufftiger außführet.* Es ist  
 aber ein solcher nobilis der allodialia bona zwar hat/  
 aber selbige Verrossdienstet / etnen vasallo in diesen  
 Stücke gleich zu achten/ denn er eben das onus auff  
 sich hat/ als ein vasall, und folglich dagegen auch das  
 commodum billig geneusst/ was der vasall davor ge-  
 nuusst. *l. secundum naturam 10. ff. de R. J. Cap. Qui*  
*sentit. 55. Eod. in 6to. Cap. Cum ab omni specie circa*  
*med X. de vit. & honest. clericor. Thom. de Thoma-*  
*fett. in flor. leg. reg. 15. Cardin. Tusch. tom. V. lit. O.*  
*Concl. 144. Et qui gravatur in uno, relevandus est in*  
*alio. l. eum qui 30. ubi gloss. ff. de jurejur. l. id quod 7. ff. de Pe-*  
*ric. & comm. rei vend. l. Manifestissimi 22. §. 1. C. de furt.*  
 Et paulo post: Dagegen nichts thut/ daß die gedachte  
 Güter an unfreye verkauft worden/ welche ihre Frey-  
 heit dadurch nicht verlohren. Denn wann die Frey-  
 heit

heit eine qualitas ist prædiis ipsis inhærens; so behal-  
 ten die prædia solche Freyheit; sie indgen an freye  
 oder unfreye possessores kommen. Quælibet enim  
 res transit cum sua causa. *l. fin. C. de præd. & omnibus  
 reb. naviæ.* Sive causa illa sit commodum aliquod, sive  
 onus. Wie dann die Gemeine Haupt-Leute und  
 Burgemeister des alten Landes solches selbstem gese-  
 hen und nachgeben / indem sie von allen denen un-  
 freyen Landereyen / welche freye Leute an sich gebracht  
 haben / die Landes onera fodern / auch in den Tribu-  
 nal zu Wismar also erkandt worden den 26. Octobr.  
 1672. welche probatio ex confessione parti adversæ  
 probatissima ist / und von Rechts-Lehrern Regina & su-  
 perlativa probationum genant wird *l. cum te 9. de Pro-  
 bat. l. cum a matre 14. C. de R. V. l. generaliter 13. C. de Non  
 Num. pec. Sylvanus Conf. 62. n. 1. Menoch. Conf. 21. n.  
 4. Mascard. de Probat. Concl. 1316. n. 4.* Gleich wie nun  
 die Schatz-Dingspflichtigkeit eine qualitas realis, und  
 ipsis prædiis inhærens ist / auch wie obbesagt secun-  
 dum reorum seu adversariorum confessionem, so muß  
 auch nothwendig die Freyheit oder immunität von  
 den oneribus eine qualitas realis, und prædiis inhæ-  
 rens seyn. Contrariorum enim eadem est disciplina.  
*l. 1. ff. de his qui sui vel alieni jur. l. fin. ff. de Legat. 3. l. in  
 fundo 38. ff. de R. V. Cacheran. decis. Pedemont. 53.  
 n. 10. Paris. Conf. 131. n. 122. vol. 1.* Absonderlich da ea-  
 dem ratio militiret / wie allhie geschicht. *l. 83. 33. vers-  
 nam 6 ff. de V. O. Gail. L. II. O. 49. n. 8.* Wie nun  
 Haupt-Leute und Burgemeister des alten Landes  
 wollen / daß die Freyen von ihren Schatz-pflichtigen  
 Bü-

Gütern contribuiren sollen / wie sie dann / solches mit  
 allen Rechte von ihnen fodern / wie Caspar Klock. in  
*Tractat. de Contrib. C. XIX. Sect. 1. n. 18. ex Natta, Cra-*  
*vetta, Anton. Fabro, Jo. Baptist. Costa, Knichen, Bi-*  
*denbach, Wesenbec. & aliis pluribus solches weitläuffe*  
*tig deduciret/ und ihnen auch zuerkant / worden; Al-*  
*so müssen sie geschehen lassen/ das die Unfreyen/ wann*  
*sie freye Güter an sich kauffen / von solchen Gütern*  
*auch nichts geben. Contrariorum enim contraria est*  
*ratio, & contrarius effectus. l. fin ff. de Edend. l. qui accusa-*  
*ret 8. ff. de Accusat. Everhard in Topic. Legal. loc. 55. Surdus*  
*Conf. 350. n. 22. Celsus Argel. de Contrad. Legitim. qu. 3. n. 75.*  
*Quod enim operatur propositum in proposito, id opera-*  
*tur oppositum in opposito. l. Si ex toto 8. in pr. ubi Paul.*  
*de Castro ff. de Legat. 3. Hactenus consilium illud.*  
*Aliud præjudicium affert Carpzov. J. F. p. III. C. 28. d.*  
*19. in causa der sämbtl. Ritterschafft im Amte He-*  
*ringen de A. 1636. Mens. Septembr. Quin ex iisdem*  
*principiis soli mansi equestres Die Ritterhusen / non*  
*vero contributionibus subditi, Die Steuerbahren*  
*Husen / servitiorum militarium oneri obnoxii erunt.*  
*Mev. p. IV. cit. Dec. 33. Nisi in uno & altero loco sta-*  
*tuta provincialia hos quoque servitiorum oneri subje-*  
*cere, uti de Pomerania Orientali hoc apparet ex Con-*  
*stit. feudali tit. 23. von Rosdiensten §. 4. & præjudicio*  
*Stargardensi in causa Thomæ von Quickmans de d. 2.*  
*Septembr. A. 1704. relato in sæpius cit. diff. Dn. Rhodii*  
*de Ser-vit. Feudal. vasall. Pomeran. Orient. C. IV. §. 31.*  
 Quo tamen casu iterum proportio servanda inter eque-  
 G 2  
 stres,

stres, & contributioni obnoxios manfos, neque hi tantum ratione servitiorum, quantum illi pendere possunt iudice Dn. Strykio *de Immunit. & Servitiis C. I. §. VIII. n. 33.*

## III.

Quid vero juris si feuda vel augeantur, vel minuantur? annon hoc casu servitia etiam vel augeri, vel imminui debent? Distinguunt communiter DD. inter servitia determinata, & indeterminata. Quod si servitia determinata fuerint, & accessio naturaliter contigerit, ultra servitia antea debita dominus a vasallo nihil exigere potest. Molinæus *ad Consuet. Paris. t. 1. §. 1. Gl. §. n. 117.* Intrigliol. *de Feud. qu. 67. n. 2.* Rosenthal. *C. X. concl. 44. n. 56.* Struv. *C. IX. apbor. V. n. 7.* ubi dissentienti Kohlio satisfacit. Sin domini vel vasalli facto, vel præscriptione etiam, atque adeo tacito consensu, augmentum fiat, ad pacta conventa, atque id quod actum est, respiciendum. Nisi autem novis pactis aliter placuerit, atque res quæ antea feudalis fuit, accesserit, in dubio ea, quæ olim istius nomine præstanda fuere, & imposterum debentur. Dn. Hornius *Jurispr. Feud. C. XVIII. §. 7.* Indeterminata vero servitia, qualia sunt jure feudali communi ea omnia, quæ vel in litteris investituræ, vel in matriculis feudilibus vel consuetudine regionis haud determinantur *vid. §. VI.* toties augentur, quoties vel natura, vel facto hominis feudum insigniter augeatur. Kohl. *p. IV. n. 190. §. 191.* Ferrar. *Montan. de Feud. L. V. C. 4. in fin. add.* Schrader. *p. V. C. VI. n. 28.* Rosenthal, *d. C. X. Concl. 44. n. 47.* Quibus de augmento observatis facile judicare licet ex

cet ex vi contrariorum , quid sentiendum sit, quando feudum forsan insigne detrimentum capiat. v. Struv. *cit.* C. XI. *aphor.* V. n. 9. 10. Dn. de Rhez. *ad. l. Feud.* 44. §. 5. n. 6. & ff. Nisi tantum feudo accidat damnum, ut servitia inde præstari nequeant. aug. l. 1. C. de jure emphyt.

## IV.

De tempore, quo servitia militaria præstanda, observandum, esse eadem equis, atque armis totiescunque a vassallis exhibenda, quoties periculum aliquod dominis imminet, non minus belli, quam pacis tempore. v. Curtius *de Feud.* p. IV. n. 5. Sonsbec. p. XII. n. 12. Rosenthal. C. VIII. *Concl.* 19. n. 1. Neque obstat, quod textus aliqui, bellici tantummodo auxilii mentionem faciant. Præterquam enim quod sine dubio etiam bellum imminens sub tali locutione una comprehendatur; non desunt quoque textus, quibus vassallo necessitas juvandi dominum, cui periculum metuendum, generaliter & indistincte imponitur. II. *Feud.* 26. §. *Licet.* Conspicuum occurrit exemplum servitii militaris pacis tempore præstandi in expeditione Romana, vulgo den Römerzug/ quod Imperatori a Principibus seu capitaneis Imperii, horumque vassallis seu valvasoribus exhibendum, eundo cum Ipso Romam ad suscipiendam Imperatoris Romani coronam; tum ob splendorem atque majestatem, tum ob pericula ac insidias, in quas in isto itinere Imperator incidere potest, uti vel Lotharii III. & Friderici I. Imp. historiae fati testantur. Veteribus rerum Germanicarum scriptoribus hoc est *transalpizare* quasi dicas Alpes tran-

scendere. v. Otto Frisingensis *de Reb. Gest. Frid. I. L. II. c. 12.* Notabiles sunt de hac expeditione *litteræ Maximiliani Regis ad Comitata Lindavienſia* perſcriptæ. it. *Receſſus Imperii Comitiorum Conſtantienſium anni 1507.* plenior editus a Dn. Jo. Philippo Datt *Volum. Rer. Germ. Nov. L. III. c. VII. n. 10.* add. Guicciardinus encomio Petri Martyris de Angleria in rariffimo *Epistoliarum opere Ep. 485.* ſcriptor eruditus, & qui eximia fide atque candore, deterſo, quem alias Italorum ſcripta ſpirant, livore, & in Cæſares Germanicos odiores hoc tempore geſtas compoſuit, *Hiſtor. L. VII. conf.* etiam libellus Anonymi *de habilitate temporis ad proceſſum verſus Italiam, tum propter electionem Imperatoris Romanorum, tum propter diſcordias Italorum regnante Carolo IV. Cæſare ſcriptus* ap. laudat. Dn. Datt *L. III. C. VIII.* De origine expeditionis Romanæ res variis diſceptantium ſtudiis fere ambigua eſt v. Freherus *ad Petrum de Andlo L. II. C. VI. p. 172.* B. Conring. in *privatis ad Lampad. diſcurſibus p. III. C. II. ſ. 28.* Strauch *de Hoſtenditiis ſ. 49.* Oelhafen *in Templo Pacis Orat. IV. p. 175.* & omnino Ulricus Obrechtus peculiari *Diſſert. de expeditione Romana*, quæ inter *Academica* hujus ſummi viri junctim edita eſt *XXIV.* ubi ſimul *ſ. 5. & ſſ. de athenſia* famoſæ illius Conſtitutionis de expeditione Romana a Marco Veſero, Rittershuſio, & Marquardo Frehero Carolo III. Craſſo ad ſcriptæ præclare diſquiritur. Cujus quidem ſententiæ mediæ utique ſubſcribo, videlicet ipſi conſtitutioni detrahendam antiquitatis opinionem non eſſe, nec tamen Carolum Craſſum ejus auctorem, & non inſcriptionem  
minus,

minus, quam subsignationem ejus, supposititiam esse. Quod si vero de conditore ejusdem suffragium ferendum haud nullius plane momenti esse videntur rationes Schilteri *Comment. in J. F. Alemannic. C. VIII. §. II.* prolatae, quibus Conradum II. Saliquum auctorem ejusdem fuisse ostendere conatur. Qua ratione Imperatores, antequam ipsi urbem ingrederentur, prius in campis Roncaliensibus castra ponere consueverint, plenius descripsit Otto Frisingensis *L. II. de Gest. Frider. C. XII.* add. Guntherus molissima dulcedine carminum ita ætate memorabilis, quique Friderico I. Imp. perinde ut Scipioni Seniori Ennius, juniore ad Carthaginem Polybius in castris adfuisse, quamquam falso, (v. ejusdem *L. IV. vers. 612.* ibiq; Rittershusius in *Notis*) dicitur, *Ligurini L. II. v. 36. ff.* Fuere autem inter milites, quos vasalli secum ducere tenebantur, aliqui *Halsberga* i. e. cataphracti, & loricati, *Panzer-Ritter* dicti ab *Halsberga*, voce Saxonica, quæ proprie signat thoracem ferreum, sive armaturam colli & pectoris, ab *Hals* collum, & *Bergen* / tegere, protegere, munire, ut Goldastus, & Lindenbrogius recte observant. conf. Hachenbergii *Germania Media Dissert. IV. de Re Militari veterum German. S. 8.* ubi ex libro Heroum, quod *Helden-Buch* vocant, Halsbergam patrio sermone quoque appellari etne *Brinne* docet. Legitur præterea in *Actis Brunsvicensibus p. II. p. 1073.* fuisse in antiquissima anni 1437. expeditione adhibitos 8417. *Glesen.* add. *Leges Sigismundi Imp. castrenses de modo expeditionis Hussiticæ & militari disciplina, plenius editæ ex Archivo Argentoratensi a Dn. Dattio L. I. Rerum*

*Rerum Germ. C. XXIII. & Schiltero Instit. Jur. Publ. Tom. II. sub tit. Belangend / den Zuah wieder die Hussen unter dem Römischen König Sigismundo item den deswegen zu Nürrenberg gemachten Anschlag belangend Anno 1431. Hussen Krieg. Ubi prima & antiquissima illa matricula Norinbergensis integra legitur. Hoc igitur vocabulum Glesen/ Glenen/ Glanen/ cum in actis publicis sæpius occurrat, vid. Urtisii Chron. Basil. L. III. C. 7. Lehmanni Chron. Spirens. L. VII. C. 47. 64. 66. 75. 84. Obrecht. cit. diff. de Exped. Rom. §. 13. mirifice torsit, quin in diversas traxit partes doctissimorum virorum ingenia v. Goldastus de Regno Bohemia L. I. C. 17. Mauricius de Matricul. Imp. §. 25. Schilterus in Prefat. ad Chronicon Teutonicum Jacobi von Königshofsen §. 19. Ex quibus mihi maxime probatur Jo. Schilteri sententia, qua citato loco vocem Glesen/ nihil aliud denotare contendit, quam Germ. ein Lanß-Knecht oder Speer-Neuter / der den Fuß-Knechten entgegen gesetzt wird. conf. Schubarti Diff. de Lud. Equestr. C. III. §. 14. & C. IV. §. 10. Jacobi Wenckeri Collectanea J. P. Diff. Von Gleven Bürgern p. 7. & omnino Dn. Datt. cit. Cap. XXIII. n. 18. 19. & ubi ex documentis publicis hanc explicationem pluribus astruit. Neque tamen negligenda Dn. Ockelii de præscript. Immemoriali Rerum Domaniel. C. II. §. 38. allata distinctio inter equos, & ipsos equites armatos die Edlen Glesen/ utpote qui nunquam soli militiam sequebantur, welche niemahls einspanig ritten/ sed quatuor equos, non equites in castra ducere solebant. Ipsum apparatus expeditionis Romanæ eleganter describit Jus Feudale Sueri-*



*Suevicum C. VIII.* ibique Schilterus in *Comment. & Saxonicum C. IV.* quidve hac de re fanciverit Fridericus Barbarossa, memoriae prodidit Radevicus. *L. II. C. VII.* add. text. *II. Feud. 40. 54.* Antonius Mincuccius de Prato Veteri, vel, ut Mauritius vult, Mericutius de *Feud. L. II. t. VI. c. 15.* Hodie expeditio quidem isthæc tanquam Imperio gravis, & superflua post Caroli V. tempora ab usu recessit. Limnæus ad *A. B. C. XXVII. §. 4. O. 9.* Obrecht. *cit. Dissert. de Exped. Roman. §. 21.* Unde etiam Imperialis Romanæ coronæ in *Leopoldi* atque *Josephi Imp. Capitulationibus art. 37.* nulla penitus mentio facta. Interim exercitus certo numero peditem ac equitum constans, vel pecunia, secundum modum atque æstimationem expeditionis Romanæ, nach dem Anschlag des Römer Zugs/ exigente necessitate, & utilitate Imperii a Statibus, ea de re ante in Comitibus deliberantibus, deinceps vero mediante collecta subditis suis indicta, præstanda est. vid. des *H. Reichs* Matricul wie dieselbe auff den Römer Zug zu Rosß und Fuß A. 1521. auffgerichtet und folgendes in den Jahren 1545. 51. 57. und 67. zu Worms und A. 1571. und 77. in Franckfurt moderiret worden ap. *Andlerum Corpore Constit. Imp. p. 599.* add. *N. N. de A. 1544. §.* und damit nun. *de A. 1594. §.* wiewol nun. *de A. 1598. §.* so ist doch von *Zhuen* *de A. 1541. §.* Und wie wol Churfürsten. *it. Reichs* Gutachten über die benöthigte Türcken Hülffe nach dreysfachen Anschlag wie solches zur *Ditatur* gekommen zu Regensburg den <sup>8.</sup>/<sub>ten</sub> Januarii *An. 1664.* quod habetur *Diarii Europæi p. XI p. 36.* Hinc cum superiori seculo ille modus collectandi sæpius repetitus,

petitus, non nemo indignabundus lepide dixit: Et wolte die Römer behielten ihre/ und lieffen den Teutschen ihre alte und gezeichnete 12. Monat / dann der Römer ihre wären so kurz / daß deren Hundert und wol noch mehr auff ein Teutsch Jahr giengen/ notante Speidelio in *Specul. Jurid. Polit. voc. Römerzug/ Römer-Monat*. In Gallia ad servitia militaria pertinet bannum communi æstimatione constans ex 70000. nobilibus, & vasallis. Vocatur ibi Ban, & arriere ban i. e. *la convocation des Gentils-hommes, & des personnes, qui ne sont pas nobles, & qui tiennent des fiefs la charge de servir le Roy a leur depens, dans les besoins de l'etat*, quod non nisi extrema urgente necessitate & in casu agonizantis reipublicæ solet imperari. De origine ejus vid. Gvyon. *divers. Consil. tom. II. c. 7.* add. Dither. in *Addit. ad Besoldi Thesaur sub voc. Ban*. De Turcarum Timariotis, & sic dictis Zaims vid. Ricaut in der neu eröffneten Ottomannischen Pforte p. III. C. II. ubi agit de discrimine Zaimorum, & Timariotarum, & C III. de taxa & numero militum a Timariotis, & Zaimis in campum deducendorum.

## V.

Neque tamen textuum juris feudalis generalitas efficit, ut vasallus Domino ad servitia obstringatur, si hic alteri bellum gerenti militet stipendio conductus. Siquidem ea ratione nulla necessitas premit dominum feudi, cum ipse militiam declinare possit. v. Schrader p. VI. C. VI. n. 66. Rosenthal. C. VIII. Concl. IX. n. 22. Nisi tamen. belli causa hunc simul concernat. Kohl. p. II n. 9. Dn. Stryk, E. J. F. G. XV III. qv. 19. **Quin**  
etfi

etsi dominus opus habet servitiis, non tamen ea vassalli tenentur sponte offerre, sed interpellatio seu denunciatio est necessaria, qua ad serviendum requirantur. *II. Feud. 26. §. Licet. II. Feud. 28. vers. ad hæc.* add. *Libellus Feudorum Reformatus* vel, uti Nicolaus Rigaltius primæ editioni titulum præfixit, *De feudis liber singularis* a Bartholomeo Baraterio JCo Placentino *ex omni vetere feudorum jure digestus tit. IX. C. 3. §. 4.* Sufficit autem unica saltem interpellatio, sive illa generalis sit, qua omnes simul vassalli litteris publicis vulgo patentibus, vel per publica proclamata & edita e suggestibus promulgata evocantur, vel specialis. *II. Feud. 7. ibi: §. Generaliter, vel Specialiter fuero requisitus.* De consuetudine, inquit Schneidevvin in *Epitom. Feud. p. 5. n. 99.* Schicket man zu einen jeden Lehn-Mann einen sonderlichen Auffgebohts Brieff/ oder wenn es so eilends vorkommt/ schicket man denselben in so offener forme von einem Edelmann zu den andern / die dem Bohren Bekantnis geben müssen / das Ihnen solcher Auffgebohts Brieff zu rechte zu kommen und eingeliefert worden sey. Quod si tamen aliunde vassallus domino insidias strui, vel magnum periculum imminere, intellexerit, ultro & sponte sua ei succurrere, & servitia offerre debet. *c. un. II. Feud. 7. II. Feud. 24. §. Item qui. II. Feud. 26. §. Licet. II. Feud. 28. conf. Gothofred. Anton. J. F. Diss. VII. §. 4. lit. a.* Requisitus autem & vocatus vassallus quam primum venire debet. *Vultej. de Feud. C. X. n. 33. Rosenthal. C. VIII. Concl. 26. n. 8.* Et quidem jure communi nihil dispositum de tempore, intra quod servitia militaria indicenda,

cum quovis necessitatis tempore vasallus ad defendendum Seniores suum paratus esse debeat. Jure vero Alemannico & Saxonico indictio fieri debet sex septimanis ante, quam illa suscipiantur, uti hoc quoad expeditionem Romanam liquido apparet *ex Jure Feud. Alem. C. VII.* ubi desuper unus dies adjectus. vid. Schilterus *ad h. C. §. 2. conf. Saren Lehn-R. C. IV.* Quæ res in Germania vetustæ fuit consuetudinis v. *Caroli M. Capitular. II. A. 812. C. VIII.* ibi: *Constitutum est, ut secundum antiquam consuetudinem præparatio ad hostem faciendam indicaretur, & servaretur.*

## VI.

In modo servitorum militarium ante omnia ad litteras investituræ, catalogum feudorum Germ. die Lehn-Registraturen/ catastra, & matriculas provinciales, die Ritter Rollen/respiciendum. Siquidem de universali fere Germaniæ consuetudine vel in litteris investituræ nominatim exprimi solet, vel in catastris & matriculis provincialibus designatum reperitur, welcher massen der schuldige Ross-Dienst zu leisten / ob mit einen ganzen / halben / oder mehr Pferden von Lehn zu dienen v. Gothofred. Anton. *J. F. Diss. VII. §. 2. tit. d. Schoppij Thesaur. Feudal. Pract. C. V. Sect. IV. O. 2.* ibi: Die Ritterdienste von Ritterhöffen seynd nach jedes Landes Ritter-Rolle/ und Land-Tags Abschieden zu observiren. Ubi obiter notamus vocatos fuisse hujusmodi equos militares *dextrarios, dextrales, destrales*, Gallis *desfriers*, forte quod *dextra* ducerentur. v. Freherus *ad Constit. Carolo Crasso vulgo adscriptam.* Meibomius *in. Notis ad Northovii Origin. Marchan.*

chan. p. 422. *Consuetudo Andegav. art. 47. Et Cenomanensis art. 55. ibi: Est entendu destrier, un grand cheval de guerre.* conf. Du. Fresne in *Glossar. h. voc.* A quibus differebant *roncini, rocini, rossini*, equi minores atque viliores, forte à Teutonico *Rosß* ita dicti, vel etiam à *Rüyn / Rühymne* castrare, quasi runcini fuerint cantherii. Qua de re textus in *Jure Provinciali Saxonico L. III. art. 51. Aber Ritter-Pferde/ und Urs/ Zelter- und Runciden.* Glossam vero ad *h. art.* male *Runciden* per *Rütsch-Pferde* exponentem refutat Schilter. *Exerc. ad Pandect. XXIII. §. 6. add. Brito Philippidos. L. XII. vers. 18. 19.* ibique Barthius. Du. Fresne in *Glossar. h. voc. & voc. Servitium roncini.* Vossius de *Vit. Serm. Latin. L. II. C. 16.* De voce *Landes-Rettung* in investituris feudalibus sæpius occurrente v. *Wehneri Observat. Pract.* ex editione Schilteri. De forma autem matricularum evolvatur *Mevius p. IV. Dec. 179.* *Herold. Consil. Decisv. VIII. ubi n. 32.* Responsum notabile Amplissimæ hujus Facultatis Juridicæ de *A. 1681. d. 25. August.* hanc in rem adducitur. Quodsi porro neque in litteris investituræ, neque catastris, & matriculis provincialibus servitia sint determinata, consuetudine tamen regionis, in qua feudum situm, certus aliquis modus præfinitus, procul dubio eadem hac in parte erit observanda. *Gail. L. II. O. 50. n. 17. Et ff. Vultej. L. I. C. VI. in fin. Consilia & Responfa Altorsina Responf. 45. n. 14. Et ff. In Saxonieis provinciis cum dubium est, quot equis vasallus servire teneatur, idque ex litteris investituræ doceri nequit, ad codicillos militares, vel schedulas lustratorias, & metatorias, Mu-*

ster und Fourier-Zettel recurri solet, ut quot equis de-  
 lectu facto quis comparuerit, totidem servire obliga-  
 tus esse praesumatur. Knichen *de Vestit. Paction. p. II.*  
*C. V. n. 31.* Gothofred. Anton. *Disp. Feud. VII. §. 2. lit. f.*  
 Unde protestatione sibi prospicere solent, si in ejus-  
 modi lustrationibus majori cum numero equorum for-  
 san compareant, quod hoc faciant non devincti, sed  
 in honorem domini, atque singulare obsequium Kni-  
 chen *de jure Territorial. C. III. n. 366.* Sic in eximia illa  
 Divi Julii Brunsv. ac Luneb. Duc. Constitutione,  
 quam §. III. *super. Cap.* attulimus, expresse quoque di-  
 sponitur, vasallum equos supernumerarios in hono-  
 rem Serenissimi Domini feudi in aciem deducendo si-  
 bi, suisque posteris nullum praesudicium afferre. Id  
 quod juri communi valde consentaneum. v. Mevius  
*Consil. II. n. 169.* Consuetudine demum speciali cessan-  
 te standum erit usibus feudorum communibus, qui-  
 bus servitia non sunt determinata. *c. un. in fin. II. Feud.*  
*23.* Neque tamen immoderate sunt exigenda, sed mo-  
 derationem quandam recipiunt ex indigentia domini,  
 ita ut servire non teneantur, nisi quando & quatenus  
 domino fuerit necesse. *c. Sancimus I. Feud. 21.* Bor-  
 chold. *de Feud. C. I. n. 28.* Unde nec dominus in per-  
 niciem aliorum quibusdam vasallis onerum vacatio-  
 nem indulgere, neque eorundem jura, statumve pro-  
 lubitu suo mutare, vel minuere potest. Natta *Conf.*  
*409. n. 9.* Cravett. *Conf. 586. n. 1.* Schneivyin. *de Feud.*  
*p. V. n. 121.* Quod feuda Imperii attinet, determinatio  
 servitorum militarium facta est in matriculis atque ta-  
 bulis censualibus Imperii, ubi cuius Statuum assigna-  
 tur,

tur, quantum numerum equitum & peditum præstare teneatur, imo collectæ quoque pecuniariæ definitæ. v. *Itter de Feud. Imp. C. XXI. §. 27.* Quamvis ipsa illa de A. 1521. matricula, quæ reliquis omnibus alias præfertur, compluribus nævis adhuc laboret, v. *Conring. de Civib. Imp. §. 49. & Comitibus Imp. §. 11.* Mauritius de *Matric. Imp. §. 41. 42. & ff. Dn. Vitriarius J. P. L. I. t. 12. §. 13. 14.* ibique Acta à Dn. Pfeffingero *Additionibus* inserta. Imo quoad collectas sæpius multiplicentur die Rõmer Monate. Mauritius *cit. diff. de Matric. Imp. §. 26.* *Itter. cit. loc.* Qualis hodie attendatur, vid. ap. Dn. Schweder. *Introd. in J. P. p. spec. S. II. C. I. §. 6.*

## VII.

Quandoquidem jusjurandum fidelitatis in personam ipsius vasalli conceptum. *II. Feud. §. 5. & 7.* hic ipse ad servitia personalia regulariter obstringitur. *II. Feud. 23. in fin. II. Feud. 26. §. Siquis 36. 99. Jus Feud. Alem. Cap. LXXVII. ibique Schilterus. & Saxonie. C. XLVI.* Nisi forsan domini nihil interfit, vel ejusdem voluntate inhabili feudum concessum, vel ob justam causam vasallus excusetur, uti supra vidimus, vel denique per pacta immunitas personalis impetrata. Dn. Coccejus *Hypomnem. Jur. Feud. T. VI. §. 26.* Quale exemplum ap. ill. Leibnitium *Cod. Jur. Gent. Diplom. Prodrum. n. VI. p. 5.* add. Zyllesius *p. I. Defens. Monast. Maxim. C. I. Sect. 1. §. 13. p. 32. ff.* Quo tamen omni casu domino acceptabilem personam mittere, vel si huic ita visum, justa satisfactione servitium redimere, seu hostentitia præstare debet. *II. Feud. §. 5. §. Firmiter.* Guntheri *Ligurimus* supra jam tum *cit. L. VIII. vers. 608.* Hæc vero sententia cum secundum dispositionem

tionem juris feudalis pro veriori merito haberi debeat. v. Cravett. *Conf.* 303. n. 1. & ff. Menoch. *Conf.* 54. n. 14. 40. & ff. *Conf.* 712. n. 22. Hartmann. *Pistor. L. II. Quest.* 32. n. 30. Struv. *C. XI. aphor. VI. Communis* tamen Interpretum schola in vasalli electione situm esse, arbitratur, utrum servire velit in propria persona, an per substitutum. v. Schneidwin. *p. V. n. 112.* Schrader. *p. VI. C. VI. n. 45.* & alii plures conglomerati à Rosenthalio *C. VIII. Concl.* 23. n. 2. In Imperio nostro regulariter sufficere videtur, dummodo vasalli & Status Imp. substitutum mittant. Schütz *Vol. II. Coll. J. P. D. X. §. 10. lit. b.* Iterum de *Feud. Imp. C. XX. §. 8. & 9.* ubi contra Mylerum dissentientem disputat, atque non solum ad textus ex Reecessibus Imperii ab hoc in contrarium allatos respondet; verum etiam illustres Germaniæ Principes, latissimarum plerumque regionum dominos, minime gentium eadem cum cæteris minutulis fortean vasallis conditione habendos esse, sobrie monet.

## VIII.

Dicebamus antea, vasallum, qui ob justum causam à servitio personali excusetur, domino acceptabilem personam mittere, vel, si huic ita visum, justam satisfactionem servitium redimere, seu hostenditia præstare debere. Unde illud porro in quaestionem venit, annon vasallus, si forsan ipsi commodum haud videatur, ut servitia personalia præstet, vel substitutum quoque mittat, possit sese solvendo ex feudo dimidium redditus anni istius, in quo ad serviendum vocatus, liberare? Idque Interpretes juris feudalis communiter fere



fere affirmant. Jacobin. de St. Georgio verb. & promiserunt. n. 26. Borrinius de Cavalcata p. III. c. 3. in fin. Clarus §. Feudum qu. 22. Schrader. p. VI. C. VI. n. 56. Rosenthal C. VIII. Concl. 23. n. 9. & 10. Moventur omnes textu II. Feud. 55. §. Firmiter. II. Feud. 40. §. Similiter. II. Feud. 54. §. Ut autem. Rectius tamen alii hos textus de indicta publica Imp. expeditione, vel illo casu solum intelligunt, ubi dominus atque vasallus consentiunt, indeque si ille hujus servitiis indigeat, vasallo nulla ratione licere dimidium reddituum feudaliuum, vel pecuniam quoque pro servitiis solvere, sed præcise ad servitia militaria eum obstringi, putant. Kohl. p. VI. n. 44. Dn. Stryk. E. J. F. C. XVIII. qu. 30. Cui sententiæ suffragantur textus I. Feud. 21. vers. vel si dominis. II. Feud. 6. c. Licet. II. Feud. 24. §. Sed non est alia. II. Feud. 18. c. Ad hoc. II. Feud. 37. c. 1. in fin. II. Feud. 38. c. 1. in fin. Neque quicquam obest, quod in obligationibus facti alias præstatio ejus, quod interest, sufficiat. l. 72. l. 112. ff. de V. O. l. 13. §. 1. ff. de Re jud. Siquidem hæc regula juris Romani ad hunc casum, ubi præcise feudum ad servitia datum, non poterit applicari. Dn. Hornius Jurispr. Feudal. C. XVIII. §. 16. Interim ratione feudorum Imp. servitia militaria, ut plurimum ære redimi solent. Itter. de Feud. Imp. C. XXI. §. 2. ff. Quin & in jure Saxonico disjunctive vasallo injungitur, ut aut servitia in persona, aut decimam reddituum annuorum partem præstet. Lehn-R. C. IV. Auch sal dar varen jechlich man mit sinnen Herren der des Ruchs Gut zu Lehne hat/ oder he sal die Bart losen mit den zechenden Pfunde daz her jätliches von Ihme hat. Conspirat Jus Feud. Alem. C. I VIII.

VIII. §. 1. Ubi Schilterus in *Comment. ad h. cap.* vocem *Fahreu* veteribus non de vectoribus, sed de equitanti-  
bus usurpatam esse notat, uti hæc significatio quoque  
in idiomate Austriaco adhuc reliqua est. Uterque tamen  
textus de expeditione Imperii intelligendus.

## IX.

Succedit gravior adhuc disceptatio, an dominus  
feudi loco servitiorum pecuniam ad conducendum mi-  
litem exigere possit. Ubi quidem negari nequit, esse  
rationem bella gerendi hoc nostro seculo aliam plane  
ac olim, indeque non invitis dominis ac vasallis pecu-  
niam loco servitiorum sæpius persolvi, uti tale quid in  
feudis imperii usu venire, antea observavimus. Deinde  
nec illud abnui potest, esse vasallorum conditionem  
nonnunquam cum subjectionis nexu conjunctam. v.  
Gailius *de Arrest. C. VII. n. 10. Mev. p. II. d. 325. p. IV. d.*  
*33. n. 8. Carpzov. L. IV. Resp. 76. Dn. de Rhez Comment.*  
*in J. F. L. I. t. 1. p. m. 129. & L. I. t. V. p. 304.* Interim cum  
nexus vasallagii in se spectatus, & subjectionis multum  
inter se differant. v. Grotius *de J. B. & P. L. I. C. III. §. 23.*  
ibiq; Tesmarus, ill. Auctor *Cæsarii Fürstenerii de Jure Su-*  
*premat. C. 28. Gail. de Arrest. C. VII. n. 11. & ff. Vultej. de*  
*Feud. L. I. C. VIII. n. 25. & omnino Dn. ab Eiben Ele&.*  
*Feud. C. XI. §. 13. ff.* atque vasallos qua tales non nisi ad  
fidelitatem & servitia teneri, natura obligationis feuda-  
lis satis commonstret, ad pecuniam loco servitiorum  
præstandam invitos ipsos haud astringi posse, commu-  
niter DD. concludunt. *Glossa in Cap. Imperialem §. Firmi-*  
*ter de prohib. Feud. alien. Jacob. de St. Georgio in invest.*  
*verb. & promiserunt eidem domino n. 26. Capyc. Decif. 32.*

n. 1. 2. ff. Camill. Borell, in *Summa Decif. p. I. t. 37. n. 1.*  
 Anton. Borrius de *Ca'valcata p. III. C. III. in fin.* Afflic.  
 in §. *Firmiter de probib. feud. al. n. 6.* Jul. Clarus §. *Feudum*  
*qu. 22.* Schrader. p. *VI. C. VI n. 57.* Springsfeld. de *Apa-*  
*napio C. XI. n. 122.* §. ff. *Mev. p. IV. D. 33.* Carpzov.  
*L. IV. Resp. 70.* Struv. S. *J.F.C. XI. §. 5. n. 16.* Dn. Stryk.  
*E. J. F. C. XVIII. qu. 26.* Dn. Coccejus de *Adoha C. IV.*  
 §. 3. Dn. Hert. de *Electione ex obligatione alternativa de-*  
*bitori debita. Sect. I. §. 6.* Dn. Hornius *Jurispr. Feud. C.*  
*XVIII. §. 16.* Nisi forsan necessitas reip. aliud efflagi-  
 tet. Tiraquell. de *Jur. Primogen. Qu. 74. n. 2.* Rosenthal.  
*C. VIII. Concl. 23. n. 13. tit. 9.* Carpzov. *L. IV. Resp. 71.*  
 Insignitur hæc pecunia, quam loco servitorum vasal-  
 lus præstat, barbaro nomine *adoha, adærationis, vel ad-*  
*hamenti, Gallis aide, nobis Heer-Steuer/Reise-Geld/*  
*Sahrtlöfung/* quod a verbo adunare, vel adærare de-  
 scendere putant eruditi. v. Matth. de Afflic. in *t. de*  
*prob. feud. alien. §. ut autem equitas n. 1. & passim.* Bor-  
 rinius de *Ca'valcata p. III. C. 2. §. 2.* Jacobus de Ayello  
 Regiæ Camerae Neapolitanæ olim Præses peculiari Tract.  
 de *jure Adohæ* qui habetur in *Tractat. Tractat. Tom. XII.*  
 atq; una cum Ægidii Thomati *Tract. de Muneribus Patri-*  
*monialibus* separatim quoque edit. Lugduni *A. 1559. in*  
*8vo.* Dn. Coccejus *pecul. diff. de Adoha C. 1. §. 1.* Vocan-  
 tur etiam hæc servitorum redemptiones *hossenditiæ II.*  
*Feud. 40. vers. Similiter.* Mincuccius de Prato veteri  
 de *Feudis L. II. tit. 15.* Bitschius *Comment. Feud. ad dict.*  
*tit. 40. Not. 5.* Qua voce alias proprie ipsa servitia  
 militaria indigitari supra *C. I. §. 4.* notavimus. Unde  
 autem dicantur *hossenditiæ*, utrum quasi hosteliticium ut  
 aliqui

aliqui contendunt, an quod Loccenius voluit *Ostendienst*/ quasi *aus* vel *us* den *Dienst*. v. *Hachenbergii Germ. Media Dissert. XI. §. 24.* an vero quod aliis placet, neque nobis improbat, ab antiquo vocabulo Teutonico *Dofte*/ quod in priscis monumentis, & LL. Longobardorum, Wisigothorum, Salica, Baiwariorum, Ripuariorum, Saxonum, atque Capitularibus Caroli M. passim exercitum, bellicam expeditionem, & militaria officia denotare consuevit, in praesentiarum sollicitius haud rimabimur. Dissert autem (I) ab adoha extraordinaria illa contributionis pecuniariae species in comitiis provincialibus Serenissimis feudi Dominis a vassallis promitti solita, vulgo *das* praesent-*Geld*/ quae nequidem inter onera feudi refertur, sed defuncto vassallo ab heredibus allodialibus persolvenda iudice Carpzovio *J. F. p. II. C. 47. D. 35.* ubi *praedicta in causa der Brüder / und Bettern von Zehmen / it. Henrici a Bunaw & Consortium*, atque *Anna Maria von Boldtzen & Consort.* leguntur. Dissertit Finckelthaus *Observ. Pract. XIII. & Cti* Lipsienses in *Respons.* ibi adducto. De subsidio charitativo immediatae Nobilitatis Svevicæ notabilis est locus in *privilegio Augustiff. Imp. Leopoldi de A. 1688.* ubi illud vocatur: *der Kayserslichen Majestät quasi patrimonialiter reservirte / und ganz nicht zum Reiche / oder dessen Besserung gehöriges quantum collectabile, sive als ein wahres Kaysersl. präcipuum, und zu den Ritterdiensten und charitativ subsidien freywillig destinirtes / und folglich zur Reichs-matricul gar nicht gehöriges reservatum.* (II) Aliud quoque ac adoha est *Heribannum*

*Bannum* alias *Herebannum*, *Haribannum*, *Arebannum*, quæ vox nunc accipitur pro citatione ad delictum, Germ. den Auffboht/ nunc pro poena non comparentis quam *Herischuldam* *Heerschilt* quoque dici ait Cujacius ad §. 1. *Feud. in Præfat.* nunc pro collectis, quæ pro modo prædiorum indicebantur. v. Altaferra de *Orig. Feudor. C. IX.* Du. Fresne in *Glossar. h. voc.* Quibus affine erat *escuagium* sive *scutagium* quod Lindembrogius & Vossius fufius interpretantur. (III) Diverfa etiam est vox *Herisliti* *Herischlitz*/ quæ Teutonica lingua est armorum depositio v. Speelmannus & Du Fresne in *Glossar. h. voc.* vel etiam uti ex Beato Rhenano elicere vult Knichen poena desertæ vel detractatæ militiæ. de *Sublim. & Reg. Territ. jur. C. III. n. 79.* (IV) *Herischild*, *Heerschild*/ quæ insignia dignitatum feudaliū significat, quorum VII. recensentur in *Spec. Suev. L. I. C. I. §. 1. & ff. conf. Schilterus in Comment. ibi & ad C. II. §. 3. it. Jus Feud. Saxon art. I.* (V) *Relevium*, & *hereotum* de quibus Lambardus, atque iterum Speelmannus & Du Fresne in *Glossar. h. voc.* add. Schilterus de *Bonis Laudemialibus §. 52.* Quoad quantitatem ad hæc primum ad leges concessionis feudi, atque litteras investituræ, deinde consuetudinem loci respiciendum. Schultz. *Synops. J. F. C. X. n. 40.* Quod si vero neque lege feudi, neque consuetudine regionis quantitas definita, servandum erit jus feudale, quod iterum variat. Jure feudali Suevico & Saxonico stipendia militiæ sunt decima pars fructuum unius anni. *Spec. Suev. L. I. C. 8.* Unde welsent si bliben so lösent die Hersart mit dem zehendem

den Bfunt was es ein yar giltet. *Jus Feud. Saxon. C. IV.* oder her sal die Bart lösen mit den zeehnden Thunde. add. *Vetustus Autor Tract. de Beneficiis §. 13.* ap. *Freherum ad sæpius citat. Constitutionem de expeditione Romana verb. Moneta.* Jure Feudali Longobardico semis vel dimidia pars fructuum unius anni ad hæ nomine persolvitur. *II. Feud. 55. §. Firmiter.* add. *Radevic. de Gest. Frider. I. L. II. c. 7.* Quam tamen æstimationem haud certam & perpetuam existere, sed subsidiariam duntaxat, cum de stipendii quantitate forsitan non liquet, alias vero integra militiæ stipendia persolvenda esse, eleganter ostendit *Dn. Coccejus de Adoba C. II. §. 6.* De modo computandi semissem vid. *Koppen. Quest. illustr. 44. n. 31.* *Dn. Coccejus cit. C. II. §. 8. §. ff.* atque *Hypomnemat. J. F. §. 30. §. 31.*

## X.

Ex quibus in genere propositis manifestum, ut opinor, erit, multominus hac pecuniæ exactione gravari posse vasallos, qui fixam in alieno territorio sedem, atque domicilium constituerunt. Quandoquidem enim, quod vulgo traditur, domicilium sit vera causa quæ faciat subditum proprie dictum. v. *Lauterbach de Domicilio C. VIII. §. 50.* *Dn. Hert. de Subj. Territ. §. 12.* Plures haud infimi subfellii Jcti vasalorum conditionem quæ cum subjectionis nexu conjuncta sit, ita demum admittunt, si vasalli simul in territorio habitent. v. *Gail. de Arrest. C. VI. n. 8. ff. §. de Pign. O. 15. n. 5. ff. II. O. 36. n. 14. ff. Mev. p. II. D. 72. n. 14. in Not.* Refer. ap. *Gylmann. t. IV. p. 1. v. 42. n. 3.*

n. 3. p. 330. Michael de *Jurisdic.* §. 57. & alii adducti ab Eiben. *Elect. C. XI. §. 14.* add. Schilter. de *Landsassii C. VI. n. 23.* Dn. Schwveder. *Introd. in J. P. part. spee. Sect. II. C. XI. §. 7.* Quam sententiam licet hic nostram haud faciamus, neque etiam textus *Ordinat. Regimenti de A. 1500. §.* daß ein jeder. & *Recess. Imp. de A. 1542. §.* dieweil aber. 68. atque de *A. 1544. §.* damit nun. 45. aliter, quam de collectis Imperii intelligamus cum *Mev. p. II. cit. Dec. 72. n. 5.* Attamen, cum primo extra controversiam sit, solam possessionem bonorum alibi domicilium habentes qua tales non afficere, neque territorii domino, ubi res sita, plene subdicere. vid. *Acta inter Comitem Ortenburgensem, & Electorem Bavariae*, quæ publice impressa leguntur, & summam referuntur a Besoldo in *The-saur. Pract. voc. Huldigung.* Item inter *Comitem Waldecciae & Landgravium Hassiae* sub Titulis: *Affertio Altenburgica contra Waldeck. & Relatio in causa Waldeck contra Saxo-Altenburg.* add. Ziegler ad *Calvol. §. Land-sass. lim. 3.* & omnino Dn. Hert. laud. *Diss. de Subjeâ. Territ. §. 3.* Unde hujusmodi forenses non inconcinne ab Eibenio *subditi reales* vocantur *Elect. Feudal. C. XI. §. 14.* Deinde speciatim vasalli ratione bonorum feudalium non nisi ad fidelitatem & servitia sint astricti, atque domino territorii multo arctius, quam domino directo obligentur, indeque in territorio alieno habitantes non nisi per subsidium citari possint. v. Coler. de *Process. Execut. p. III. C. II. n. 36.* Dn. de Rhez. *Comment in J. F. L. I. t. 26. p. m. 470. n. 1.* Hinc nulla ratione ab iisdem cum in genere, tum præcipue, si in a-  
lieno

lieno territorio fixam sedem habeant, pecunia exigipot-  
 terit. Non loco servitorum, ob rationes antea allatas,  
 & cum ex vafallagii nexu, unde hic omnia æstimantur,  
 ad id non sint obligati. Multo minus ad instar  
 collectarum, cum jus collectandi ad dominum territori-  
 i, non vero dominum feudi ut talem pertineat.  
 Mynfing. *Vol. I. Conf. XI. n. 32. Vol. IV. Conf. III. n. 256.*  
 Rosenthal. *C. V. Concl. 78. n. 3.* Heigius *Qu. 18. n. 18.* &  
 ingens DD. nubes ap. Klockium *de Contrib. C. XIV. Sect. II. n. 1. 2. & ff. add. Mev. p. IV. D. 33.* Carpzov.  
*J. F. p. III. C. 28. d. 19.* Dn. Stryk *E. J. F. C. XVIII. qu. 37.* Schilter. *ad Struv. S. J. F. C. XI. aphor. 5. n. 16.*  
 XI.

Quoniam in formula fidelitatis servitia absque  
 distinctione locorum promitti solent, regulariter extra  
 fines territorii, provinciæ, vel regni vafalli militare tenentur.  
 arg. *text. II. Feud. 7.* Borrin. *de Carvalcat. p. 1. C. 9.*  
 Rosenthal. *C. VIII. Concl. 25.* Rulant. *de Commissar. p. IV. L. II. C. 17. memb. 8. n. 31.* Nisi forte non ad  
 defensionem patriæ, sed novam provinciam acquirendam  
 bellum fuerit susceptum; atque vafallos longe extra  
 territorium dominus traducere velit. Springsfeld  
*de Apanagio C. VII. n. 53.* Struv. *Obs. Feud. VIII. ad C. XI. S. J. F. Schilter. Comment. ad C. VIII. Jur. Feud. Alem. add. Londorp. Tom. II. L. V. C. 99.*

## XII.

Demum ejus sumtibus vafallus servire debeat,  
 ea de re non una est Interpretum jurisfeudalis sententia.  
 v. Mauritius *Controv. J. F. Dec. XII. §. 7.* Quicquid tamen  
 hujus sit, primum omnium litteræ inventituræ



tituræ inspiciendæ, & si inibi nihil specialiter conven-  
 tum, videri debet, quid consuetudo regionis ferat.  
 Rittershusius *L. II. C. 1. qu. 33.* Universim vero se-  
 cundum *cap. extraordinarium II. Feud. 7.* dicendum  
 fuerit, domini sumtibus militandum esse, præsertim si  
 extra territorium servitia exhibeantur. v. Finckelthaus.  
*Disp. IX. C. 9.* Licet dissentiant comm. DD. v. Clarus  
*§. Feudum qu. 21.* Kohl. *p. VI. n. 16.* Ludwell. *p. 216.* De  
 jure Saxonico ultra sex septimanas non servit domino  
 suis impensis. *L. R. art. 4.* Conspirat *jus feudale Aleman-*  
*nicum C. VII.* Consuetudine tamen receptum voluit:  
 Daß der Herr giebt seinen Lehn-Leuten / wann sie  
 bey Ihm ankommen / und mit Ihm ziehen / Futter/  
 Mahl / und Huffschlag. Matth. Coler. *Dec. 82. n. 3.*  
 Carpz. *J. F. p. III. C. 28. D. 18. n. 11.* Anton. *Disp.*  
*Feudal. VII. aphor. 6. lit. f.* Interim vasallus se suos-  
 que equis & armis suis sumtibus instruere tenetur, ne-  
 que etiam damnum a domino suo repetere potest,  
*II. Feud. 7. 25.* Kohl. *p. VII. n. 25.* Carpz. *d. l. n. 5.*  
 Aliud hac parte in jure Saxonico habetur *art. IV. vers.*  
 Wer ein Pferd. Quod tamen iterum usu non  
 servari DD. testantur. Carpz. *d. l. n. 8.* Dn. Stryk. *Dis-*  
*sert. de Different. Jur. Saxon. Feudal. & Commun. §. 39.*

CAPVT. IV.

DE

ACTIONIBVS SERVITIORVM MILITARIVM  
NOMINE COMPETENTIBVS, IVDICIIS  
FORMA PROCESSVS CONTRARIIS  
ET AFFINIBVS.

Breviarium.

- |  |   |
|--|---|
| §. 1. Dantur servitorum milita-<br>rium nomina remedia cum po-<br>ssitoria, cum possessoria. | §. 3. De forma processus.   |
| §. 2. De iudiciis harum causa-<br>rum.   | §. 4. De contrariis, & varia im-<br>munitatum à servitiis specie. |
|  | §. 5. De affinibus servitorum mi-<br>litarium agitur.             |

§. I.

**S**uperest ut de actionibus servitorum mi-  
litarium nomine competentibus, iudiciis,  
forma processus, contrariis, & affinibus  
pro instituti ratione agamus. Actiones  
igitur aliæ sunt, quæ ad servitia præ-  
standa domino competunt, aliæ quæ ob servitia non  
præstita dantur. Ad priores pertinet actio personalis  
ex contractu feudali resultans. Struv. C. VIII. aphor.  
4. C. X. aph. ult. & C. XVI. aphor. 2. n. 5. Quo casu  
& alii conditionem ex lege, alii actionem præscri-  
ptis verbis ob concurrentem contractum innomina-  
tum, do ut facias; alii confessoriam locum invenire,  
arbitrantur. v. Rosenthal. C. XII. Concl. 12. n. 53. Lud-  
wel,

wel. de Feud. p. 412. Schilter. Comment. ad J. F. Alew. C. LXXXVII. §. 1. Ad posteriores refertur conditio causa data causa non secuta vid. text. II. Feud. 21. quem repetiit Baraterius Libell. Feud. Reform. tit. IV. C. 1. add. Struv. C. VIII. aph. 4. n. 2. B. Dn. Consiliarius Engelbrecht Comp. Jurispr. tit. de Condict. Caus. dat. Caus. non secut. §. 4. Hanc conditionem ob ingratitudinem DD. quoque vocant. vid. Rulant. de Commissar. p. III. L. III. C. 19. n. 5. Cæterum cum & possessoria remedia illis dentur, qui in jurium ac rerum incorporalium possessione turbantur, aut ea dejiciantur. Rulant. d. Tr. p. III. L. III. c. 5. Klock. de Contrib. C. XIX. n. 133. eadem servitorum militarium nomine procul dubio possunt intentari. Rosenthal. cit. Concl. 12. n. 51. Menoch. Rem. recup. poss. 1. n. 95. 96. Dn. Hornius Jurispr. Feud. C. XXIV. §. 8. Ita possessores minoris præstationis pecuniæ v. g. von einem Ritter-Pferde in judicio summarissimi possessorii minoris solutionis tamdiu manutenendos esse, donec debitum majoris præstationis, e. g. von zweyen Ritter-Pferden / & error minoris exactionis, ex adverso doceatur, responderunt Dn. Scabini Hallenses ap. Herold. Consil. Decisiv. III. n. 41. ff. add. Sententia illustriss. Regim. Brandenb. in Ducat. Magdeb. *ibid.* relata. Quæ tamen omnia ad illum casum restringenda, quando de ipso jure servitorum quæritur. Sin de solutione tantum morosa, processus executivus, & mandata executoria decernuntur. conf. *infra* §. 3.

## II.

Quoad judicium distinguendum utrum de servi-  
tiis

tiis militariibus his sit inter convasallos, an dominum  
 & vasallum. Si prius, dominus feudi iudex compe-  
 tens est *II. Feud. 55. §. fin.* adhibitis paribus curiæ. *I. Feud. 18. II. Feud. 15. in fin.* Vel iudex Curtis h. e. magi-  
 stratus, qui ad jus dicendum in causis feudalibus a do-  
 mino & paribus curiæ est constitutus. *d. text. I. Feud. 18. II. F. 15. in f.* Schilter. *ad C. XVIII. J. F. Alem. & Instit. J. F. C. X. §. 2.* Vel etiam hodie, si peculiare & distin-  
 ctum iudicium feudale non superfit, in iudiciis ordina-  
 riis, regiminibus vel superioribus quoque huiusmodi  
 controversiæ ventilari solent, maxime si vasalli sint si-  
 mul subditi. Zanger de Except. *C. I. p. II. n. 303.* Carpz.  
*Proc. T. III. art. 4. n. 46. 48.* Dn. Berger *Resolut. Leg. Obs. in Lauterbach. Comp. tit. de Iudiciis p. 113.* Sin-  
 posterius, atque inter dominum & vasallum controversia  
 fit, pares curiæ sub qua est vasallus, iudicium exercent,  
 quod vocatur *Mann-Gerichte II. Feud. 16. Jus Provinc. Alem. c. 18. c. 308. & 128. Jus provinc. Saxon. L. III. art. 78. & feudal. C. 65. add. Schottelius de Singul. & antiqu. Germ. iurib. c. 4.* Quo tamen casu iterum iudicia non  
 solent ex paribus curiæ semper, sed consiliariis domini  
 feudi constare, quibus iurisjurandi obligatio quoad  
 hanc litem remitti potest. vid. *Christin. Vol. VI. Dec. 80. Gudelin. de Feud p. VI. c. 1. Carpz. d. l. n. 46. 48. & omnino Struvius Obs. Feud. ad C. XVI. S. J. F. §. 3.* ubi  
 præiudicio Collegii Jctorum Acad. Jenens. hæc sententia  
 corroboratur. An & quatenus causæ feudales cor-  
 ram arbitris dirimi possint inquirat Amadeus a Ponte  
 Lombriasci *quis sit iudex in causa feudali?* De iudice ra-  
 tione feudorum Imperii v. *Itter de Feud. Imp. c. 25.*

III. Quod

## III.

Quod ad formam processus attinet, observandum, summarium in hac materia servitorum locum invenire, in quo de simplici & plano, ac, ut in *l. 5. C. de Naufrag.* dicitur, levato velo causa cognoscitur. Quod si enim salus publica non ultima causa est, quare processus summarium introductus. v. Brunem. *Proc. Civ. C. I. n. 22.* indeque in causis fiscalibus, debitis tributorum, & aliorum onerum publicorum, item quando de operis magistratui præstandis agitur, is ipse regulariter obtinet. vid. Robert. Marantæ *Spec. p. IV. dist. 9. n. 173.* Zanger. *de Except. p. I. C. II. n. 36.* Mev. *p. V. Dec. 187.* Carpozov. *Process. T. I. art. 1. n. 46.* omnino etiam in causis servitorum militarium requiritur, non solum ob maximam illam affinitatem & analogiam, quam hæc causæ cum illis habere videntur, verum etiam ob singularem domini salutem, & necessitatem, quæ moram non permittit. Unde nec dilationes in hoc processu admittendæ vid. Dn. Rhodii sæpius laud. *diff. de Serv. feud. vasall. Pom. Orient. C. V. 39.* ubi præjud. Regim. Stargard. *de 18. Jun. 1705.* Contra morosos autem vasallos, qui servitia præstare tergiversantur, executionem adhiberi §. *I.* jam tum notatum. Ad hanc enim toties iuste devenitur, quoties leviori remedio non licet extremum jurisdictionis consequi. vid. Mev. *Conf. 58. n. 77.* Neque quicquam injuriæ habet dummodo rite instituitur, nec modum excedat. *l. 13. §. 1. ff. de Injur.* Quoniam tendit ad consecutionem ejus, quod jure debetur. *t. t. C. de Execut. rei jud.*

Contraria hic vocamus omnia illa, quæ immunitatem a servitiis militaribus tribuunt. Oritur hæc immunitas partim ex ipsa re, partim ex persona, tum domini, tum vasalli, partim ex peculiari concessione, vel præscriptione. Quomodo ex ipsa re & feudo immunito servitia vel minuantur vel extinguantur, supra *C. III. § 3.* indigitavimus. Alienato autem feudo vasallum regulariter ad servitia teneri *C. II. §. 10.* ostensum. Ex persona domini vasallo immunitatem a servitiis tribuunt DD. (1) si dominium directum amiserit. (2) bellum notorie injustum gerat. (3) bannitus. (4) excommunicatus sit, vel (5) hæreticus fiat. Gothofred. Anton. *Disp. Feudal. VII. §. 8.* Struvius *C. XI. aph. 7. n. 7. 8.* Quæ tamen duæ posteriores causæ ab aliis merito rejiciuntur, cum legi divinæ haud congruere videantur, neque ecclesiastica potestas jura secularia afficiat. v. Gisb. Voët. *Polit. Eccles. p. I. L. I. Tr. 2. c. 3. p. 163.* Schilter. *ad Struv. S. J. F. d. c. X. aph. 7.* Ex persona vasalli quatenus immunitas vel in totum, vel a servitiis solummodo personalibus competat, supra etiam *C. II. §. 9.* præoccupavimus. Præter causas tamen ibi allatas dura quoq; vasalli paupertas excusationem præbet. v. Schrader. *p. VI. C. VI. n. 28.* Immunitatis vero quæ ex concessione resultat, exempla supersunt in feudis ab omnibus servitiis liberis quæ franca vocantur. Germ. Frey-Lehen/Saal freye Güter. v. Conring. *de Orig. Jur. Germ. c. 7.* Dn. Hornius *pecul. diss. de Feudo Franco.* Vel etiam in quibus quædam solum servitia sunt remissa Germ. Sattel-freye Güter. v. Dn. de Rhez

Rhez in *J. F. Comm. L. I. t. 1. §. 2. p. 82.* Wehner. *Obs. Pract. hac voc.* vel denique vasalli ad certa quædam determinata servitia solummodo sunt devincti, uti in conditionatis vulgo denen *Sess-lehen/ censualibus, quaternatis Tassel-lehen/ guardiæ, gualtaldiæ, advocatiæ. &c.* Dn. Stryk. *E. J. F. C. W. qu. 31. 32. §. ff.* Quin & præscriptione hæc immunitas acquiri potest, dummodo vasallus per longissimum tempus bona fide domino exigenti servitia non præstitit, atque hic acquievit. Ludwel *C. VIII. p. 177.* Hinc si intra centum annos servitia a domino directo non fuerint indicta, & post tantum temporis spatium necessitas emergens eadem imponi desideret, frustra præscriptio immunitatis allegatur. v. Dn. Stryk *de Immun. a Servitiis* quæ est *Vol. VI. XIII. C. III. §. 13.* in qua diff. reliquæ etiam huc pertinentes quæstiones eleganter sunt excussæ. Ut adeo ad eam benevolùm lectorem remississe forsan factis fuerit.

## V.

Finitima denique servitiis militaribus est sequela, die *Raif-Landes-oder Heer-Folge/* in quibusdam locis die *hohe Folge* dicta, quod jus jam inde a longo tempore regionum dominos habuisse constat. v. *Reinking. de Regim. Secul. & Ecclesiast. L. I. Cl. V. C. 4. n. 78. 79.* Schutz *Coll. J. P. Vol. I. D. 6. §. 23. d.* Unde in plerisque Germaniæ regionibus usu obtinuit, aliquem subditorum delectum instituere, quos vulgo den *Land Ausschuss* appellant. v. *Otto Frising. in Vit. Frid. I. L. I. C. 31.* Brovver. *Annal. Trevir. L. XVIII. ad A. 1385.* Dn. a Seckendorff *L. F. St. p. II. C. X. n. 6.* Dn. Jo. Sam.  
Stryk

Stryk *diss. de Militia lecta provinciali vobis der Land-  
Milice.* Deinde huc etiam pertinent angariæ & par-  
angariæ, quæ a subditis necessitatis vel utilitatis publi-  
cæ causa exiguntur, neque solum in jumentorum, ve-  
rum etiam plautrorum, naviumque ad armorum, &  
aliarum rerum transvectionem præstatione consistunt.  
v. *text. II. Feud §6. t. t. C. de Cursu publ. angariis & par-  
angariis L. XII.* Schilteri *diss. de Curs. publ. angar. & par-  
ang.* ap. Fritsch. *Vol. novo Ex. III.* Possent etiam de  
celebrata illa in Polonia *Pospolite Ruszenie* seu con-  
gregatæ nobilitatis licentiosa phalange, ut Cardinalis  
Radzieiovvsky Primas regni Polonici eam vocavit, &  
pluribus aliis adhuc affinibus hic disquirere. Sed ne  
limites dissertationis egrediar, hæc de tam eximio ar-  
gumento in præsentiarum adduxisse sufficiant. Can-  
didum lectorem decenter rogo, velit meos qualescun-  
que conatus, licet ad materiæ nobilitatem haud ascen-  
dant, æqui bonique consulere, & si quid humani ac-  
ciderit, benevole condonare. Tibi vero summe  
Deus pro clementissima studiorum meorum directio-  
ne immortales persolvo gratias, atque benignis-  
simam tuam opem in reliquis meis actioni-  
bus humiliter imploro.

F I N I S.



Engelhardt: De servitio

1706, 1

**T**errarum tractus, piscinae, praedia, sylvae;  
*Armatae* quondam praemia *militiae*;  
Nunc quoque *servitii* nexu devincta tenentur,  
Quod miles Domino praestat *equestre* suo.  
Hoc docto promissu calamo DOCTISSIME BLUMI:  
Sic dicent laudes arma virique Tuas.

*Amoris & honoris causa  
scripti*

JOHAN. EISENHART, Jctus  
& in Acad. Julia Antecessor  
Primarius h. t. Vice-  
Rector,

**S**iccine dum tellus rigido sub frigore pallet,  
*BLUMIUS* ingenii flore virente micat?  
Sed, studium fructus quia primo vere sequentur,  
Non miror si nunc flore superbit hiems.

*Hac Nobilissimo DN,  
BLVMIO  
L. M. O.  
adponere, debuit*

JO. ANDR. SCHMIDT, Th. D. PP.  
Abbas Mariaevallensis.

**D**ebita dum BLUMI Domino praestare Vafallos  
Servitia egregie maeste labore doces,  
Ipse simul nostris persolvit debita Musis;  
Gaudebitq; tuis Patria servitiis.

*f.*  
J. WERLHOFIUS,

**U**T Flos fragrantem late diffundit odorem  
Ac apis Hyblaeae mella thymo redolent.

L

Pagina

Pagina sic fravem doctis tua præbet odorem :  
*Conveniunt rebus nomina sepe suis.*

*Nobiliss. Dno. BLUMIO  
Auditori suo industria ita  
gratulatur*

**ANDREAS HOMBORG,**  
Jur. Canon. & Feudal. Prof. & Dicafterii  
Guelph. Assess.

---

**N**on tua vulgarem meditatur Musa loquelam  
    Servitio summis officiosa Viris.  
Dum cathedram adscendis dignus modo scandere honores,  
    Et capere ingenio præmia digna tuo.  
Multum Te semper dilexi, quando Camœnis  
    Egregium importas perpetuumque decus.  
Me testem appellas, felix quo iudice quondam  
    Naturæ & populi libera jura colis,  
Interea & patriæ, nunc civica scita probantur,  
    Seu quæ feudorum jam bene nota foro.  
Scire tamen nihil esse putas, nisi vivere discas,  
    Et fuit hic studiis par quoque vita tuis.  
Ergo Deus faveat, precor hoc, sincerior augur  
    Ut Te promeritus mox comitetur honos.

*Ita Nobilissimo Domino Respondenti, Amico  
charissimo de erudito specimine cum voto  
prosperrimæ cujuscunque sortis gratulatur*

**JOH. WILH. ENGELBRECHT, D.**  
Instit. & Jur. Criminal. Prof. Ordin.

---

**Q**uem non delectent flores, nec vivere dignus:  
    Arbos fert flores, symbola blanda spei.  
Suaviter hæc redolent, foliis spirantia lævis:  
    In libris flores, in foliis color est.  
Ambrosiæ succos & odoriferam Panaceam  
    Rosmaris atque rosæ cum foliis referunt.

Te

Te fortunatum, BLVMI, foliis & flore perenni  
Juris, quod fructum spondet abunde Tibi.

*Florem auguratus ex literis  
BLVMIO nostro ser.*

Hermannus von der Hardt.

**D**Vm studia a studiis tractas diuersa Parentis,  
Rectâ, mens tamen est, ad decus ire viâ.  
Ille docet sancti diuina oracula verbi,  
Publica tu vero priuâque iura colis.  
Non minus egregie tua tendit in ardua virtus,  
Et tibi præclarum gloria monstrat iter.  
Si bene laudato decurras tramite campum,  
Nec cœptum ingenuus deserit ardor opus,  
Præstantes olim tibi decerentur honores:  
Sic tibi stirps laudi est, laus noua stirpis eris.

*secunda quauis precatum  
ser.*

Iustus Christoph. Böhmer  
Polit. & Eloq. Prof. Ord.

**GENERE VIRTUTE ATQUE DOCTRINA  
FLORENTISSIMO BLVMIO**

S. P. D.

**PRAESES.**

**N**ulla facile disciplina est, quæ majorem certitudinem  
efflagitat; nulla, quæ pluribus dubitationum fluctibus  
immersa, quam juris & iustitiæ. Quod etsi in  
iplas leges iustitiæ suæ vi triumphantes non minus temere,  
quam injuriose a plurimis desectatur; aliunde tamen &  
præcipue ex malitia hominum genuinam legum mentem impu-  
ris & venalibus suis interpretationibus inuoluentium, tum  
hinc enatis diversissimis doctorum sententiis, tum denique  
varian-

variantibus locorum consuetudinibus proficiscitur. In pro-  
clivi foret ipsis rerum argumentis ex vario jure civili, ca-  
nonico, atque feudali petitis hoc ostendere, nisi praesens dis-  
sertatio indubitata ejus rei fidem faceret. Quicquid e-  
nim in eximio servitiorum militarium themate vel diffi-  
cultatis, vel ambiguitatis occurrit, illud praecipue ex di-  
versis, usque affectibus saepe turbidis interpretum sententiis,  
& dissidentibus inter se locorum consuetudinibus resultat. Ap-  
plaudo igitur tuo instituto, ornatissime Blumi, quo postquam  
singulas jurisprudentiae nostrae partes, & quae huic admini-  
culantur amoenissima elegantioris litteraturae studia in hac  
nostra Julia, verae sapientiae nutrice ac vindice, per quadri-  
ennium diligenter coluisti, atque vitae innocentia singulorum  
favorem provocasti, tam nobile dissertationis argumentum  
superatis omnibus illis difficultatibus ad liquidum deduxisti.  
Relinquis ea ratione nobis certissimum pignus non vulgaris  
Tuae eruditionis, & eximiae navatae operae in studio juris-  
prudentiae non minus particularis, qua publicae, qua pri-  
vatae; quam universalis, naturalis, ac gentium, imo hi-  
storia quoque Germanica. Gratulor itaque Tibi pro sta-  
granti meo amore de tanta studiorum maturitate. Gratulor  
venerando Tuo Parenti, optime de ecclesia merito, de fi-  
lio tantae spei, & qui jam publico documento, se ad queli-  
bet egregia natum & educatum esse, testatum fecit. Gra-  
tulor & mihi de tam industrio & tantis dotibus exornato  
auditore, largam & frugiferam jam studiorum suorum mes-  
sem faciente, cui ut Sanctissimum Numen nova quotidie &  
uberiora velit addere divinae suae gratiae incrementa, atque  
devotis sibi & publico egregio conatibus felicissimos adspi-  
rare successus, animum roveo atque auguror. Dab.  
e museo in Acad. Jul. Mense Septembr.

Anno MDCCVI.

Helmsledt, Diss., 7706-08

X 241 90 83





1706, 1 a  
5  
1  
1  
DISSERTATIO JURIS FEUDALIS  
DE

# SERVITIIS VA- SALLORVM MILI- TARIBVS

VVLGO

*Ritter-Diensten/Ritter-Verden/*

QVAM

AVSPICIIS DIVINIS

PRÆSIDE

GEORGIO ENGELBRECHT  
JVRIVM DOCTORANDO EORVMQVE VT  
ET MORALIVM IN HAC ILLVSTRI JVLIA  
PROFESSORE PVBLICO ET

ORDINARIO

DN. FAVTORE ET PRÆCEPTORE ÆTATEM  
COLENDO

A. D. IV. SEPTEMB. A. cō IcccVI.

IN JULEO MAJORI

PVBLICÆ ERUDITORVM DISQUISITIONI  
SUBMITTET

RVDOLPHVS AVGVSTVS BLVME

BRVNSVICENSIS.

A. & R.

HELMESTADI

TYPIS GEORG-VVOLFGANGI HAMMI, ACAD. TYPOGR.